Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
D
25
NAPOLI

1- D-25

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Controverſiæ, quæ hodiè in S. Rom. Imperio

DE TVTELA ET ADMINISTRATIONE ELECTORALI PALATINA,

agitatur,

SYNOPSIS,

MARQVARDI FREHERI, ET DIONYSII GOTHOFREDI, ſparſis eâ de re Scriptis potiſſimùm oppoſita:

unà cum Præfatione

AD DIVVM IMPERATOREM, ET PROCERES GERMANIAE:

Pro Legibus Imperii fundamentalibus tuendis, *concinnata à*

ZACHARIA Fridenreich/ *J.V.D. Conſil. Palat. Neuburgico.*

COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud Matthæum Schmidt/ Bibliopol.

Anno M.DC.XIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Invictiſſimo Romanorum
IMPERATORI,

D. MATTHIAE,

SEMP. AVG.

Nec non

Glorioſiſſimis S. Rom. Imperii
PROCERIBVS,
ELECTORIBVS SEPTEMVIRIS, PRINCIPIBVSQVE ALIIS,
AC STATIBVS VNIVERSIS,
à DEO
Conſilium, Pacem, & Victoriam P. Autor.

IN Patrocinii veſtri templum, *Sacratiſſime Cæſar, & Proceres Glorioſiſſimi*, ſuſpendo hãc votivam tabellam: in quâ deſcriptam videtis eam controverſiam: quæ, in Familiâ Palatinâ, de Tutelâ & Adminiſtratione Electorali, nuper exorta, bonorum omniũ mentes ſpe juxtà ac metu complevit: qui de Patriæ fortunâ anxii, tantæ rei exitum exſpectant. Neque ſacro hoc adyto veſtro, quod publicum juris armarium & aſylum juſtitiæ, omne homi-

Digitized by Google

nũ genus veneratur & frequentat, prohibebitis devotiſſimum Cliẽtem: qui ad publicam & Sacri Rom. Imperii fundamẽtalem Legem defendendam, ingenuum Veritatis ſtudium & ſincerum erga Patriam amorem huc attulit. Ad ſplẽdidiſſimam incomparabilis veſtræ ſublimitatis ſedem, Veritas: ad terribilẽ ſummæ, quã obtinetis, potentiæ conſpectũ, Patria, introducat. His interceſſoribus, omnia à vobis impetrãtur: quorum non modò defenſionem in terris, ad cõmunem generis humani ſalutem, immortali veſtrâ laude, geritis: ſed & cauſa hoc in Scripto nunc agitur: *Patriæ*, inquam, & *Veritatis* cauſa nunc agitur: utriuſque decus & ſalutem hæc Tutelaris controverſia ſimul complectitur: utrique hac Scriptione nunc ſatisfactum videri poterit: ſi à falſitatis obfuſis nebulis hæc liberetur: & illius periculum, quod ex Legum fundamentalium mutatione imminet, oſtendatur.

Et quanquam ex illis, quę hactenus de negotio hoc Tutelari à multis ſatis multa in partem utramq; ſunt ſcripta, perſpicere quivis non iniqui judicii poſſit: cui Veritatis palma cedere debeat: è re tamen magis etiam fore judicatum eſt: ſi, quæ fuſiùs alii & licentiùs literis commendârunt,

Digitized by Google

runt,in brevem velut gyrum redacta,certis cancellis & compendio includerentur.

Ad eamq; rationem ineundam lubricitas Adverſariorum potiſſimùm cõpulit: qui extra Logices & legitimæ diſputationis ſepta longiùs evagati,tot Labyrintheis erroribus rem involvũt: ex quibus ne ipſi quidẽ ſeſe rurſus expediãt. Teſtes hîc omni exceptione majores illorum libri ſunto: in quibus hoc deditâ quaſi operâ agũt: ut, ſcilicet, Veritati tenebras inducant, & Lectoribus imponãt: idque tùm demum ſeſe effecturos ſperãt: ſi ante omnia ipſum Cauſæ Statum diſſimulẽt, aut fictis narratiunculis mutent, & confundant: pro argumento ſumãt, quod in diſquiſitione poſitum eſt: quæ nullam controverſiã habent, operoſé prob ẽt: quę probãda maximè erãt, frigidè, aut impertinenter, vel etiam omninò nõ tractẽt: ſed aut tanquã ſupervacanea, & certa, atq; evicta, prætereãt: aut tãquam levia & trita, velut ex alto, deſpiciant, atque eludant: vitio demonſtrato vitium opponant: ex actis & monumentis publicis excerpant, quæ ſibi prodeſſe intelligũt: cæteris; quæ obeſſe vidẽtur, ac ſi nullibi extarent, alto ſilentio preſſis: verba aliorum captent, torqueant, mutilent: abſurditates fingãt,

 qui-

Digitized by Google

quibus cum poſteà pugnas ineant: adjiciant his querimonias pariter, & blanditias: ſuumque cõcordiæ deſideriũ oſtendentes, Adverſariũ accuſent: hunc ut adducere in odium poſſint, vera falſis miſceant, injurias imputent, convitia faciant: denique hominum & librorum approbatã antehac fidem nunc nõ aliter, niſi quatenus cauſæ ſuæ inſervit, agnoſcant: &, quæ non ita multis retrò annis, magnâ contentione, publicis ſcriptis, & actionibus comprobârunt: nunc cõverſo ſtylo inducant, excuſent, damnent: & inter hæc omnia, DEUM καρδιογνώστην gemebundi invocent: ſingularemque animi fiduciam, quaſi in cauſa oppidò bonâ, præ ſeſe ferant.

At verò, ut talibus umbellis & velamentis remotis, generoſæ mentes clariſſimum Veritatis ſolem rectis oculis liberè intueri poſſint: nos, præmiſſâ Facti Narratione, utriuſque Partis cõfeſſione, verâ, mox ſummam Cauſæ Conſtitutionem, ſeu Controverſię Statum, ſubjunximus: & ad hunc, veluti ſcopum, utriuſque Palatini argumenta, detractis ferè orationis ſpoliis, & involucris, verborum quoque cavillis atque calumniis, & ſophiſticationibus omnibus, procul valere juſſis, ſimplici filo, & citra cujuſque injuriã

(de

(de quo proteſtor) direximus: & ſic, duobus quaſi agminibus oppoſitis, in pugnam, æquis locis, produximus: ut meliùs ſingulorum dignoſci robur ac virtus, & rectiùs de victoriâ ferri judicium queat: atque adeò manifeſtum omnibus fiat: *Sereniſs. Principem Palat. Neuburgicum*, pro Lege publicâ, contra privatæ voluntatis arbitrium, agentem, jure optimo maximo niti: Adverſariorum prætenſiones penè omnes ſimulatas magis, in hac quidem controverſiâ, quàm probabiles, nihil habere ſolidi: adeòque tenue eſſe quodvis, quod ad inducendam extrinſecus honeſti & recti faciem ab ipſis illinitur: ut perluceat & appareat fucus cuivis diligenter inſpicienti.

Veſtrum nunc eſt, *Invictiſsime Cæſar*, & qui à S. Cæſ. Majeſtatis latere eſtis, *Sapientiſsimi Electores, Principes, & Status incliti*: in eam, quod facitis, curam incumbere: ne quid detrimenti Reſpub. capiat. Nam Leges, quæ de Electione Regis Romani, in Cæſarem promovendi, in Bullâ Caroli IV. Imp. Aureâ, ſcriptæ ſancitæque extant, omnium, opinor, conſenſu (nam & exteri agnoſcunt) S. Rom. Imperii fundamentales ſunt. Hinc illa ſeptem Principum Electorum nomina

Aur. Bull. Carol. IV. in princ. mina honorifica: quibus in Bulla Carolinâ paſſim celebrantur: *quòd*, nimirum, *per eos, velut ſeptem candelabra, lucentia in unitate Spiritus ſe-*
Ibid. cap. 2. *ptiformis, S. illuminari debeat Imperium: cujus illi*
Cap. 3. *propinquiora membra eſſe noſcuntur: quòd decor & gloria S. S. Rom. Imperii, & honor Cæſareus & Reipubl. grata compendia horum concordi voluntate foveantur: qui velut columnæ proceres ſacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant: quorum præſidio dextera Imperialis potentiæ roboratur: & quantò mutui favoris ampliori benignitate ſtringuntur: tantò uberioris pacis & tranquillitatis commoda feliciter profluunt po-*
Cap. 7. *pulo Chriſtiano: quòd ipſorum providentiâ ſuo*
Cap. 12. *tempore Orbi fluctuanti ſubveniatur: quòd ſolidæ baſes Imperii & columnæ immobiles ſanis providentiæ ſuæ conſiliis non ignorent accommodis Imperii & Orbis reformationibus ſalubriter operam*
Cap. 24. *dare: quòd ſint pars corporis Cæſarei: quòd pluri-*
Cap. ult. *morum neceſſitatibus relevandis Cæſareæ ſublimi-*
d. cap. 24. *tati aſſiſtant, in partẽ ſollicitudinis conſtituti: quòd præcipué horum magnifici Principatus, Dominia, Honores, & Jura illæſa ſervanda: eò, quòd ubi majus incumbit periculum, majus debeat remedium adhiberi: ne columnis ruentibus baſis totius ædificii*

collida-

Digitized by Google

collidatur. Quorſum verò hæc? niſi, ut conſtet: Rempub. Romanam in tantò majori diſcrimine hoc tempore verſari: quantò longiùs extra Legis publicæ & fundamẽtalis orbitam progreſſi ſunt illi: qui Tutelam Pupillorum Electoralium, Administrationem Electoratus, jus, Vocem, Dignitatẽ, & Poteſtatem Eligendi Regem Romanum, Officium Archidapiferiæ, & Vicariatum Imperii, in aliam transferre perſonam conantur: quàm quæ in Bullis Cæſar. ſolennibus verbis expreſſa & denominata eſt.

Nec Leges Bullæ Aureæ reliquas ſperare incõcuſſas poſſumus: hâc de Tutelâ Electorali lege, ſemel proſtratâ. Nam quid cauſæ ſit: quò minùs occaſionem nacta, & præſenti exemplo excita, viribusque armata confidentia, propediem perrumpat univerſam Legum publicarum telã: non tempore procedente in aliis perficiat: quod in hac Tutelari lege nunc audet & molitur? nondũ intelligimus per hujus Legis latus, quæ ſummam in Imperio Dignitatem & Poteſtatem complectitur, legum omnium aliarum jugulum peti? Ædificiorum hæc eſt ratio: ut, ſi quod ſaxum inſigne in fundamentis loco ſuo moveatur: compages & coagmẽtatio vicinorum primò lapidum,

 deindè

deindè trabiũ & contignationum, labefactetur & diſſolvatur: donec tandem, ſubſidente pondere ſuo machinâ, columnisq; cedentibus, nulla ampliùs fulcimẽta ſuſtinere poſſunt, cum impetu ruentem molem. In fluminibus magnis videmus: ſi alveum ſemel mutare, & in partem incũbere diverſam ceperint: quàm difficilis & laborioſa coërctio ſit. Qui aggeres cõgeſti, quæ robora objecta, quæ moles oppoſitę, continebunt inundantem ſævientium procellarum vim: ſi Legũ publicarum violatrix audacia ſemel perruperit hoc Aureæ Bullæ vallum?

Et quid de hac Tutelari controverſiâ, & de omnium aliarũ Carolinarum Sanctionum obſervantiâ nobis porrò ſperandum ſit: agite, Dionyſium Gothofredũ, ICtum Heidelbergæ ex primariis unum, in ſuo ibidem approbato & nuper typis excuſo Scripto, ita differentem attentè audiamus: *Licet*, inquit, CENTIES ET MILLESIES *in Bullis Aureis Tutela Proximis Adgnatis* PRORSUS ET DIRECTÒ *delata legeretur*: EXCLUSIS ETIAM TESTAMENTARIIS: *non tamen Bulla tollerent vel adimerent unquam Electoribus* NOVA *juris remedia, quæ* NOVIS *& emergentibus caſibus adhibenda vel opponenda ſunt.* Et alibi, *Ut Africa,*

De tutel. Elect. l. 4. repl. 4. ſ. 17.

ca, ait, *ſemper aliquid* MONSTRI *parturit & pro-* lib.6.repl.18. f.183.
ducit: ita naturam ad res NOVAS *vel caſus* NO-
VOS *edendos, deproperare: dubiumque nullum eſſe:*
quin naturâ deproperante NOVAS *formas rerum* lib.5.repl.4. f.69.
& negotiorum edere, NOVÆ *poſthàc* CUM TEM-
PORE *adhuc aliæ* IMPERFECTIONES *in Bullis*
Aureis occurrant.

Inprimis verò hanc innovationis & mutatio-
nis cladem lex Imperii, quæ *de Succeſſione Electo-*
rum ſaluberrimè & clariſſimè ſcripta eſt, nullo
modo effugiet: in quâ idem Gothofredus, cum
ſuis Complicibus, jam tum, *novos caſus, nova*
juris remedia, novas cum tempore imperfectiones
& irregularitates, monſtra denique *Africana*, a-
nimo agitant, & oculis deſignant. *Nam Ma-* Gothofr. de tut. Elect. li. 1. f. 6.
joratus onere gravatos, ſcribunt, *non tantùm poſſe,*
quorundam ſententiâ, inſignes ob offenſas, & cau-
ſas, PROXIMIORES *etiam Adgnatos jure Majora-*
tus EXCLUDERE, *&* REMOTIORES *eis* PRAEFERRE: Id. lib. 3. ref. 2 f. 54. ref. 20 f. 89 ref. 43 f. 118. lib. 4. repl. 4. f. 17. lib. 5. repl. 1. f. 70. lib. 6. repl. 2 f. 155. & paſſim.
verùm etiam Succeſſionem in Electoratu ab inteſta-
to REGULARITER *fieri: de ea Electores* (*ſaltē* REGU-
LARITER) *teſtamento diſponere nō ſolere, affirmant.*
Quid ergo, ſi quas inſignes offenſas & cauſas, ad-
verſus Proximum Succeſſorem, ſe habere poſt-
hac Elector Palatinus putet: quam in teſtando

 ratio-

rationem tunc is ſequetur? Ad hujus quidem Tutelaris controverſiæ exemplum, non legibus & jure uti, non offenſionis cauſas adverſus legitimum Proximum heredem docere & evincere, opus erit: alium, quàm Legis Publicæ ſanctio nuncupatim deſignat, teſtamento heredem ſcribere, eam ſcripturam & diſpoſitionem juri communi veteri cõformem dicere, vi & clàm ipſum Electoratum occupare, Adgnatum Proximum criminationibus onerare, plurium favorem & aſſenſum habere, potentiâ valere, ſufficiet. Et, ſi inter hæc Proximus Succeſſor, de jure, contra leges Publicas ſibi indignis modis erepto, conqueratur: tum verò hęc nuper Heidelbergæ nata Emblemata uſurpanda: *ſi (* ſcilicet *) abſque Proximiore & Seniore Adgnato ſit, Electoratũ* QVIETVM *eſſe poſſe: eundem, ne* PAX *Imperii publica turbetur, ad Petitoris partes compellẽdum: Poſſeſſorem verò bono* PACIS *publico manutenendum eſſe: legitimo heredi, ſine* CERTAMINE ET PERICVLO, *ſucceſſionem hanc contingere non poſſe: deniq; Poſſeſſori* JVS ARMORVM, *ſi ita res poſtulet, haud deſore.* Et quid ſanè mirum, ſi circa Succeſſiones Electorales eadem mox in Imperio experiri cogamur: quæ in viciniſſimâ & conjunctiſſimâ lege Tu-

Kurtz. Bericht f. 5.5. vnd können.

Gothofr. lib. 2 in fin. Id. li. 4. repl. 15. f. 51. Ableinung. f. 74.

Gothofr. lib. 6. repl. 14. f. 169.

Digitized by Google

Tutelari hactenus fieri toleramus?

Aliud, aliud fuit, *O Proceres*, Majorum veſtrorum hac in Lege ferēdâ inſtitutum: qui Electoratuum in S.Rom.Imperio columnas æternâ ſoliditate firmaturi, Succeſſionum in iis ordinem per Proximos Adgnatos, perpetuum ſanciverunt: & ne unquam illa ſuccedendi ſpes & ſeries turbari, & inde funeſtiſſimæ oriri diſſenſiones in Republ. poſſent: Tutorem & Adminiſtratorem Electoralium heredum minorennium ſemper voluerunt eſſe eum: qui pariter *& ſanguinis propinquitate, & ætate*, cæteros anteiret: ipſum etiam hæredem Electoralem, mox poſt decimum octavum ætatis annum, ad Electoratus gubernationem quàm citiſſimè admittere properârunt. Nam, ſi *hoc opus, hic labor eſt:* (quod Marq. Freherus Conſil. Heidelbergenſis aſſerit) *Tutelam iſtam* (Electoralem, ſecundùm Bullam legitimè) *peractā, ſuo tempore, bonâ fide,* (Primogenito Electorali) *reſignare: dulce onus libenti animo deponere: & domino locum dare*: quātò ægriùs & difficiliùs remotior Adgnatus vacantis fortè Electoratus poſſeſſionem, præter & contra Imperii jus occupatam, reſignabit & deponet, & tam dulce onus à Proximiore Adgnato

De tutel. Elect. § proti-nus f. 38.

to

to ſibi extorqueri patietur? Si affectuum nubeculas à mentis oculis abſtergere voluerimus: hæc ipſa, præſertim *in cauſis Regnorum & Principatuum*, non modò veriſſima eſſe: verùm etiam laudatiſſimos Imperatores, Imperiique Ordines, in lege hac Tutelari ſanciendâ, eò olim unicè reſpexiſſe, deprehendemus. Iſtud conſiderabimus: eminentiſſima Electoralis Poteſtatis & Dignitatis jura, in Electione Regis & Imperatoris Romani, in Vicariatu Imperii, aliis, poſita, ab omni ambitione & gratiâ, intemerata eſſe: præcipua totius Reipub. Chriſtianæ ornamenta & fundamenta in his conſiſtere: plurimum totius Imperii, plurimum cujusque Familiæ Electoralis, intereſſe: jura illa ab eo, quem publica Lex, & propinquiſſimi Sanguinis ordo vocat, an ab alio, teneantur, & uſurpentur.

Sic ergò ſtatuendum eſt: eodẽ hoc, de lege Tutelari Bullarum, judicio, & quantum omnes alias Aureæ Bullæ leges poſthac valere, & quẽ Statum Imperii, non modò præſentem retinere, ſed ad Poſteros etiam transmittere velimus, decerni. Hîc, quia in eadem Reipubl. navi conſtituti omnes ſumus, vigilantibus eſſe omnibus cõvenit: tuæ cũprimis Sacræ Majeſtati, *Auguſtiſſime Imperator*

perator, vobisque, *Sereniſſimi Principes Electores*, qui apex & columnæ S. Imperii eſtis: ad veſtræ potentiæ aggerem ſe frangere debent ſuperbi fluctus.

Non privatę cupiditatis hoc negotium eſt: dolorem publicum perſequitur. Nec tam eſt ab humanitatis ſenſu alienus Palat. Neuburgicus: ut, quid Familiæ ſuæ decus, & conſervatio, quid cognati Sanguinis amor poſtulet, non intelligat. Et quid ille, quod fidelem facere Adgnatum oportuit, hîc intermiſit? At neque iſtud ignorat: quantum Patriæ & Reipublicæ debeatur: quæ omnes omnium Charitates complexa eſt. Non poteſt eſſe pax cum privatis, quæ non eſt cum Republicâ. Quid ergò *pacis* nomen Adverſarii invocant: quam ipſi Legibus non præſtant? Aſtutè quid exigitur, antequàm reddatur. Reſtituant Patriæ libertatem, Legum autoritatem, Pacis & juſtitiæ vigorem: & conſequantur, quod volunt. Quantumvis enim taceat & acquieſcat Palat. Neuburgicus: an illi propterea ſalvi & in tuto? Ipſa Reſpublica manu conſertos in jus trahit: Reſpublica Legis Fundamentalis violatæ clarâ voce eos poſtulat: Reſpublica juris ſibi erepti vindictam exigit.

Huic,

Huic, huic reſpondeant, & ſatisfaciant: & ſic in Pacis & Concordiæ ſtudio certamen inſtituant: & D. Palatinum Neuburgicum ipſis minimè inferiorem & ſegniorem in hoc experientur.

Digitized by Google

OCCASIO ET ORIGO
CONTROVERSIAE, FACTI SIMUL
Speciem delineans.

FRIDERICUS IV. *Elector Palatinus, rebus humanis eximitur, anno à C. N. 1610. $\frac{9}{19}$. Septembris: relictis duobus Filiis, & totidem Filiabus, pupillaris ætatis: quibus Tutorem Electoratusq́; Adminiſtratorem teſtamento conſtituiſſe fertur, D. Joannem, Ducem Palatinum, Bipontinum: qui & ſtatim, poſt obitum Electoris Friderici, non tamen priùs prolatis & ſolenniter apertis teſtamenti tabulis, nec vocatis propinquioribus Adgnatis, ſuffragante Aulâ Electorali, Heidelbergam, Electoratus metropolin, occupat: & in ſua jurare verba ſubditos cogit.*

Quæ res magnæ diſſenſionis occaſionem pòſt præbuit. Quamprimùm enim D. Philippus Ludovicus, Dux Palatinus, Neuburgicus, dicti Johannis Bipontini Patruus, id agi reſciſcit: non

Digitized by Google

ſolùm ipſum Bipontinum Palatinum, ſubditoſque Electorales, ſui officii admonet: ſed publico inſuper ſcripto, hanc Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem ad ſeſe, tanquam Proximiorem & Seniorem Pupillorum Electoralium hoc tempore Adgnatum, jure Bullarum Cæſarearum, pertinere: nec teſtamento ullo, ſi quod fortè extet, ſibi eripi potuiſſe, demonſtrat.

Nec à parte ceſſatum alterâ eſt: crevitque ea controverſia, divulgatis utrinque ſcriptis, benè multis, ac variis: cujus nunc ſummam, cum præcipuis argumentis, bonâ fide, quaſi in faſciculum, colligere, viſum operæ precium fuit.

Quia verò cardo negotii & tota hæc quæſtio circa legem Imperii, quæ de Tutelis Electoralibus lata eſt, potiſſimùm vertitur: ad quam, veluti Cynoſuram, in hac tractatione ſubindè reſpiciendum & recurrendum erit: eam hîc, quaſi in veſtibulo, adſcribere placuit.

BVLLÆ

BVLLÆ, QVAM VOCANT

Aureæ, Caroli IV. Imper. anno 1356. in Comitiis Norimbergæ promulgatæ, titulus 7. qui De Principum Electorum ſucceßione, inſcribitur, ſic habet:

INter ſollicitudines illas innumeras, quibus pro felici ſtatu ſacri Imperii, cui, auctore Domino, feliciter præſidemus, cor noſtrũ quotidiè fatigatur, ad hoc præcipuè meditatio noſtra dirigitur: qualiter deſiderata & ſalubris ſemper unio inter ſacri Imperii Principes Electores jugiter vigeat: & eorum corda in ſincerâ concordiâ cõſerventur: quorum providẽtiâ, ſuo tempore, Orbi fluctuanti, tantò celeriùs, tantoque faciliùs, ſubvenitur: quantò inter eos nullus error ſurrepſerit: & purior fuerit charitas cuſtodita: obſcuritate ſuccisâ, & jure cujuſlibet dilucidè declarato.

mus: & Imperiali autoritate, præſenti lege, perpetuis temporibus valiturâ, decernimus: ut, poſtquàm iidem Principes Electores Seculares, & eorum quilibet eſſe deſierint: jus, vox, & poteſtas Electionis hujuſmodi ad Filium ſuum Primogenitum legitimum, Laicum: illo verò non exiſtente, ad ejuſdē Primogeniti Primogenitum, ſimiliter Laicum, & ſine contradictione cujuſpiam, devolvatur. Si verò Primogenitus hujuſmodi, abſque heredibus maſculinis, legitimis, Laicis, ab hac luce migraret: virtute pręſentis Imperialis Edicti, jus, vox, & poteſtas Electionis prædictæ, ad Seniorem Fratrem Laicum, per veram Paternam lineam deſcendentem: & deinceps ad illius Primogenitum Laicum, devolvatur.

Et talis Succeſſio, in Primogenitis & Heredibus Principum, eorundem jure, voce, & poteſtate, præmiſſis, perpetuis

tuis temporibus obſervetur: eâ tamen conditione & modo: ut, ſi Electorem, vel ejus Primogenitum, aut Filium Seniorem, Laicum, mori, & heredes maſculos, legitimos, Laicos, defectum ætatis patientes, relinquere cõtingeret: tunc Frater Senior ejuſdem Primogeniti, Tutor eorum & Adminiſtrator exiſtat: donec Senior ex eis legitimam ætatem attigerit: quam in Principe Electore decem, & octo annos completos, cenſeri volumus: & ſtatuimus perpetuò haberi: quam dum attigerit: jus, vocem, & poteſtatem, & omnia ab ipſis dependentia, Tutor ipſe ſibi totaliter, cum officio, teneatur protinùs aſſignare.

HANC

HANC LEGEM TVTELAREM *poſtmodùm Sigiſmundus, Rex, & Imper. Romanor. publico Imperii conſenſu, Aquiſgrani, Anno 1414. 8. Novembr. & rurſus Baſiléæ, anno 1434. 8. Martii, peculiaribus Diplomatis, non ab ipſo tantùm Sigiſmundo, ſed ab omnibus & ſingulis quoque Electoribus, Eccleſiaſticis & Secularibus, Familiæ Palatinæ deſuper datis, confirmavit & declaravit ad modum ſequentem:*

ET talis Succeſſio & devolutio (*in Electoratu, videlicet, Palatino: cujus eandem rationem & ordinem Sigismundus hìc eſſe jubet: quem & Pater ipſius Carolus, in lege modo recitatâ, eſſe voluit*) ne in his cōmittantur errores, futuris temporibus debet, ut præmittitur, in omnibus præſcriptis & ſingulis, ſine innovatione, perpetuò, inviolabiliter, obſervari: taliter videlicet: quòd, ſi aliquem ex eis (Electoribus) modo præmiſſo, ab hac luce migrare cōtigerit: qui maſculini ſexus he-

Digitized by Google

heredes, legitimos, Laicos, poſt ſe relinquat, debitæ patientes ætatis defectum: extunc Senior Frater, Nepos, aut Conſanguineus proximior, in linea genituræ, ſi Frater non extiterit ejuſdem defuncti, Laicus duntaxat, dicti Pupilli & juuenis, ad quem præſcripta devolventur, de jure Tutor eſſe debet & Curator: tàm diu, donec debitam pertingat ætatẽ: cui etiam juueni, quã citò ad ætatẽ debitã pertigerit, jus, vocẽ, dignitatem, & poteſtatẽ prædictæ Electionis, ac omnia & ſingula ab eis dependentia, idem Tutor, ſine difficultate & renitentià quàlibet, tenebitur & debebit protinùs aſſignare. Ætatem autem debitam, in hoc caſu, eligẽdi videlicet Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum cenſeri volumus, & haberi. In Principatibus autem, Ducatibus & dominiis aliis temporalibus gubernãdis, ætatẽ obſervan-

dam

Digitized by Google

dam decernimus: prout à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, noſtris prædeceſſoribus, eſt ſancitum.

Porrò, ne ſuper jure, voce, dignitate, & poteſtate Electionis hujusmodi, nec non Principatibus, & officio Archidapiferiæ, & alijs prædictis, ullo unquam tempore contingat ſcandala ſuſcitari, & attentari: valeant novitates, de Imperiali plenitudine poteſtatis: & de certâ noſtrâ ſcientiâ, omnia & ſingula præmiſſa, prout in ſuis clauſulis, membris, articulis, atque punctis ſuperiùs deſignantur, authoriſamus: nec nō omnia & ſingula privilegia, donationes, & conceſſiones quaslibet, per Divos Romanorum Reges & Imperatores, prædeceſſores noſtros, & Nos, dicti Ludovici Primogenitoribus, Comitibus Palatinis Rheni, & ſibi quomodolibet factas, datas, & conceſſas, authoriſamus, approbamus, ratificamus, & tenore preſentium, de certâ noſtrâ ſcien-

tiâ,confirmamus:ſupplentes , de præfatæ Imperialis plenitudine poteſtatis , omnem defectum : ſi quis in præmiſſis,aut eorum aliquo,ex verborum defectu,ſententiarum obſcuritate,ſolennitatis omiſſione , ſeu alio quovis modo,nunc,& in antea,reperietur admiſſus.

Nulli ergo penitus hominum liceat hanc noſtræ pronunciationis, decreti, ſtatuti,declarationis,ſanctionis,infeudationis, & inveſtituræ, authoriſationis,approbationis,ratificationis,confirmationis,& defectuū ſuppletionis, paginam infringere:aut ei, auſu temerario,quomodolibet cōtraire:ſub pœnâ mille Marcarū auri puriſſimi:quas ab eo,qui contra fecerit,totiēs, quotiēs cōtra factum fuerit, irremiſibiliter exigi volumus: & earum medietatē Imperialis noſtrę Cameræ fiſco,reſiduam veró partem injuriam paſſorum uſibus,applicari.

Status

STATVS CONTROVERSIÆ hic eſt:

AN Fridericus Elector, nuper defunctus, Proximiorem & Seniorem Adgnatum (D. Philippum Ludovicum, Palatinum Neuburgicum,) à Liberorum ſuorum, debitæ ætatis defectum patientium, Tutelâ, Electoratusq; Adminiſtratione, ultimâ ſuâ voluntate, (de qua tamen nondum publicè & legitimè conſtat,) excludere: & in ejus locum Tutorem atque Adminiſtratorem alium, (D. Johannem, Palatinum Bipontinum, Palatini Neuburgici, ex Fratre, natu minore, & jam præmortuo, Nepotem) conſtituere, jure Bullarum Cæſarearum ſalvo, potuerit?

Widerleg. f.10.§.derwegen. Ableinung f.16.§.Aber dieſer ſeits. Gothofr. de tut. Elect. l.b.1.f.3.§. Quæritur.f.6.§. ſupereſt & ſeq.f.10.§. ult.

Et quod ferè idem eſt: An, jure Bullarum Cæſarearum, Proximiori & Seniori Adgnato, ad Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem tùm demùm pateat acceſſus: quando Elector, vel ultimo ſuo elogio nullum ei alium prætulerit: vel, quoad Tutoris & Adminiſtratoris denominationem, inteſtatus deceſſerit?

Alii generaliter ſic efferunt: An, in Tutelis Electoralibus, Teſtamentaria præferatur legitimæ?

 Id quod

Id, quod Palatinus Neuburgicus negat: Bipontinus, & Heidelbergenſes affirmant.

NEVBVRGICI PALATINI PROBATIONES.

Quamvis Bullarum Cæſarearum verba tàm ſint hìc clara, & perſpicua: ut vel nuda ipſarum recitatio, ad Neuburgici Palatini jus demõſtrandum, abundè ſufficiat: nec aliâ probatione opus ſit: attamen, ut veritas negotii magis etiam magisq́, eniteſcat: non pigebit quoque Negationis rationes ſpeciatim & ſingulatim perſequi: quæ licet ad Bullas Cæſareas, tanquam ad fontem, perpetuò recurrãt, ac referantur: ordinis tamen & perſpicuitatis gratiâ, eas, in tres veluti claſſes & acies, diſtinctas: primò ex ipſis immediatè Bullis, deinde ex Pactis Familiæ Palatinæ, denique ab Exemplis & more Majorum, deducemus.

PRIMA

PRIMA CLASSIS PROBAtionum Palatini Neuburgici, ex ipſis immediatè Bullis Cæſareis depromta.

I. Argumentum.

Ius planè Novum ac ſingulare, ad regulas juris antiqui, communis, teſtamento reduci non poteſt.

Nam teſtamenta, vtpotè facti, non dant normam legibus: ſed ab his illa ſuam normam accipiunt. Quando igitur Legis, vel Statuti, claram, expreſſam, & ſpecialem diſpoſitionem habemus: ulteriùs quærendum non eſt: nec ab ejus verbis recedendum: ſed per conceſſionem, ſive conſtitutionem unius, reliqua omnia cenſentur prohibita & excluſa. Hinc in toto jure generi per ſpeciem derogari: & qualibet diſpoſitio, etiam quantumvis ſtricti juris, ita interpretanda eſſe dicitur: ut aliquid operetur: ne ocioſè facta eſſe cenſeatur: cùm nemo præſumatur actum fruſtratorium facere.

Jam verò Lex Tutelaris Bullarum, in quâ Tutela & Adminiſtratio Electoralis Proximiori & Seniori Adgnato expreſſè & ſpeciatim aſſignatur, eſt jus planè Novum & ſingulare.

Nam 1. Bullæ Cæſareæ, imprimis Carolina, à capite ad calcem, omnibus ſuis partibus, ad certas perſonas, certosque caſus, dignitates, actus, & officia, ad certam Rempublicam, nempè Romano-Germanicam, ſunt reſtrictæ: quale quid in jure veteri, communi, & in omni antiquitate, nil reperias: 2. Tutelæque Electoralis amplitudo, & ſublimitas Singularis, jus quoque diverſum, à vulgarium tutelarum jure, poſtulabat: quod, ut graduum & honorum, ita quoq; legum, in Republ. diſtinctio: 3. Nec conſentaneum rationi eſt: S. Imp. Rom. Status, in publicis Comitiis, tantâ ſolennitate celebratis, incredibili ſuâ ſollicitudine, ac conſenſu, nihil ſtatuere aliud voluiſſe: quàm in jure Communi Veterum, de legitimâ Adgnatorum Tutelâ, jam ſtatutum antè erat: & quod privatâ teſtantium voluntate mox iterum convelli, mutariq; poſſet. 4. Confirmat hoc cauſa legis Finalis *: quam Imp. in Bullis ſuis diligentiſſimè expreſſerunt:* ne, *ſcilicet,* ſuper voce & poteſtate eligendi Regē Romanum, ullo unquam tempore, excitari diſſidia poſſent: *quibus, hoc quaſi antidoto, noviter ac ſingulariter excogitato & invēto, illi maturè occurrere ac mederi voluerūt: 5. quaſi digito monſtrat Generalis verborum Legis conceptio,*

ceptio, ad jus Novum introducendum manifeſtò directa. Sic enim Lex: Si Principem Electorem mori contingeret: extunc Proximior & Senior Adgnatus Tutor & Adminiſtrator eſſe debet. Si, *inquit Lex*, mori contingeret: *nec diſtinguit: Elector, cū teſtamento, vel ſine teſtamento, moriatur. Vbi ſimul obſervanda particula* extunc: *quæ refertur ſimpliciter ad tempus mortis Electoris: quo eveniente, Proximior & Senior Adgnatus, ſtatim incipit eſſe Tutor & Adminiſtrator. 6. Nec aliud volunt Præceptiva Legis verba, ad Sanctionis hujus obſervantiam præcisè & indifferenter adſtringentia: qualia ſunt*: Tutor & Adminiſtrator eſſe debet: *Carol. Imp. utitur verbo Imperandi* exiſtat. *Et illa toties geminata*: Statuimus, Volumus, Decernimus: *&*: tenebitur & debebit: *itē*: teneatur. 7. *Idē arguit tā accurata & modificata Tutelæ Electoralis, ad Proximioris & Senioris Adgnati perſonā in Bullis Cæſareis adſtrictæ, deſcriptio. 8. Evincit hujus Cōſtitutionis Tutelaris, adverſus omnē mutationē, generaliſſimarū Determinationū, & firmiſſimis tot Clauſularū Caſſatoriarū, Irritātiū, Prohibitivarū,*

& Pæ-

& Pœnalium, quaſi repagulis, ab Impp. facta communitio:(de quibus mox pluribus.) 9. Quantam etiam rerum omnium incertitudinem & confuſionem in Imperio futuram arbitramur: ſi noviter factæ & ad ſtatum Reipublicæ præſentem prudenter accommodatæ, interque Imperii Ordines hactenus magnâ curâ cuſtoditæ Leges publicæ, ut ſunt præter hanc Tutelarem, & huic connexam Succeſſionis in Electoratu, Electionis, & Vicariatus legem, de Jurisdictione, Inſtantiis, Reviſionibus, Regalibus, Pace religioſâ & profanâ, & ſimiles, ad Communes juris Priſci terminos retrahantur?

Lex itaque Tutelaris Bullarum, in quâ Tutela & Adminiſtratio Electoralis Proximiori & Seniori Adgnato expreſſè & ſpeciatim aſſignatur, ad regulas juris antiqui, communis, teſtamento reduci non poteſt.

Ac proinde luce clariùs eſt: Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

II. Argu-

II. Argumentum.

Ius Publicum, Statum Reipubl. fundans & informans, non ſubjacet privatorum diſpoſitionibus.

Hinc publica inſtituta, pietate paternâ, & privatâ, potiora eſſe, rectè Valerius ſcriptum reliquit: quod enim ad jus Publicum attinet, non ſequitur jus poteſtatis. Sic Officium immediatè Publicum, cum dignitate conjunctum, ſolus Imperator, vel Lex concedere poteſt: dignitatesq́; Imperii, & jura Regalia, uti juris Publici, non competunt, niſi per inveſtituras Imperiales, vel conceſſiones: nec ſunt in commercio: niſi per eaſdem inveſtituras, vel conceſſiones: uti nec pacto privatorum, jurisdictio dari poteſt. Quod ipſi etiam Adverſarii non obſcurè fatentur: cùm contra legem juris communis, antiqui, quæ de Teſtamentariis Tutoribus Illuſtrium perſonarum ſcripta eſt, ſi pars juris Publici cenſeatur, quidquam diſponi à privatis poſſe negant.

Wider. leg. fol. 49. §. daher dann auch.

At lex Tutelaris Bullarum, in qua Proximior & Senior Adgnatus, Tutor & Adminiſtrator Electoralis, diſertis verbis, denominatur, eſt jus S. Romani Imperii Publicum, ejus Statum

fundans & informans.

Bullarum enim 1. Cæſarearum, potiſſimùm Carolinæ, Conſtitutiones, & Sanctiones omnes, de ejusmodi rebus & negotiis diſponuut: quæ Imperii ſimul univerſi, ſingulorumque ejus membrorum, ſalutem Publicam immediatè complectuntur. 2. Quem etiam ad finem, ut omnes aliæ Bullarum Leges, ita hæc ipſa quoque Tutelaris in ſpecie, conſcripta ſancitaq́ fuit: ut eſſet perpetuum Concordiæ & Pacis Publicæ in S. Rom. Imp. ſtabilimentū ac fundamentū: quod non ſolū occaſio Bullarū ſancitarum, quam variæ & periculoſa, ante id tempus, Principum in Regū Romanorū Electione diſcordantiū factiones, hiſtoriâ teſte, præbuerunt: ſed etiā Carolus IV. Imp. in prœm. & tit. 7. Aureæ Bullæ, *nec non Sigismund. Imp.* in ſuâ Declaratione, *pluribus verbis, clarè indicant. Et Carolus quidem Imp. in Proœm. Aureæ Bullæ, de Publicis diſſidiorū malis & incōmodis, graviſſimis verbis conqueritur: eorundemq́ avertendorū modū oſtendit, cū ait:* Omne regnum, in ſe ipſo diuiſum, deſolatur. Nā Principes ejus facti ſunt ſocii furū: ob quod Dominvs miſcuit in medio eorum Spiritū vertiginis: ut palpēt in

mer

meridie, ſicut in tenebris: & candelabra eorum movit de loco ſuo : ut cæci ſint, & duces cæcorum : & qui ambulant in tenebris offendunt: & cæci mente ſcelera perpetrant : quæ in Diviſionem contingunt, *&c. Et ibidem*, Sanè, *inquit*, cùm ex officio, quo Cæſareâ Dignitate potimur, futuris Diviſionum & Diſſenſionum periculis, inter Electores ipſos occurrere teneamur: infra ſcriptas Leges, ad unitatem inter Electores fovendam : & Electionem unanimem inducēdam: ac deteſtandæ Diviſioni prædictæ, variisque periculis ex ea ſequentibus, aditum præcludendum : in ſolenni Curiâ noſtrâ Norinbergenſi: aſſidentibus nobis, omnibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis, & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, & Civitatum multitudine numeroſâ : in Solio Majeſtatis Cæſareę: Imperialibus Infulis, Inſigniis, &

Diademate decorati: maturâ deliberatione præviâ: de Imperialis Poteſtatis Plenitudine, edidimus, ſtatuimus, & duximus ſanciendas, *&c. In titulo verò 7. Aureæ Bullæ, idem Carolus conſilium ſuum, de Lege Succeſsionis & Tutelæ Electoralis conſtituendâ, his verbis aperit:* Inter ſollicitudines illas innumeras, quibus pro felici Statu ſacri Imperii, cui auctore Domino, feliciter præſidemus, cor noſtrum quotidiè fatigatur: ad hoc præcipuè meditatio noſtra dirigitur: qualiter deſiderata & ſalubris ſemper unio, inter Sacri Imperii Principes Electores, jugiter vigeat: & eorum corda in ſincerâ concordiâ conſerventur: quorum providentiâ, ſuo tempore, Orbi fluctuanti tantò celeriùs, tantóque faciliùs ſubvenitur: quantò inter eos nullus Error ſubrepſerit: & purior fuerit charitas cuſtodita: obſcuritate ſucciſâ, & jure cujuslibet dilucidè declarato. *Paucisque interjectis*, Ne, *inquit*, inter eorundem

rundem Principum Secularium Electorũ Filios, ſuper jure, Voce, & Poteſtate pręfatâ, futuris temporibus, Scandalorum & Diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari: & ſic Bonum Commune periculoſis Dilationibus impediri: futuris, auctore DEO, cupientes Periculis ſalubriter obviare: ſtatuimus, & Imperiali autoritate, præſenti Lege, perpetuis tẽporibus valiturâ, decernimus, *&c. Nec aliò Sigismundum Imp. in ſuis Declarationibus reſpexiſſe, ex ipſius verbis liquet, cùm ita infit:* Quanquàm Imperialis ſublimitas Dignitatis, in qua Conditor Orbis nos ſuæ pietatis clementiâ feliciter collocavit, jugiter mentem noſtram ſollicitet: vt curâ pervigili, & laborum ſtudiis accuratis, noſtrorũ & Imperii fidelium, amputemus incommoda: eisque deſideratæ Pacis amœnitatem ſalubriter procuremus: ferventiori tamen affectu cor noſtrum accenditur, penes ea: quæ Sacri decus jmperii, & illuſtres

ipſius Principes Electores, quâdam ſingularitate, concernunt, *&c. Et poſtea*, Ne, *inquit*, inter Heredes & Succeſſores ipſius (*Ludovici Comitis Palatini Rheni*) eo defuncto, ſuper jure hujusmodi (*Electoratus*) futuris temporibus, Dubitationum, Quæſtionum, ſeu Litium quævis materia oriatur: decernimus, ſtatuimus, & præſenti Imperiali ſancimus edicto, in perpetuum valituro, *&c. Et iterum*, Talis Succeſſio, *inquit*, & Devolutio, ne in his committantur Errores, futuris temporibus debet, ut præmittitur, in omnibus præſcriptis & ſingulis, ſine innovatione, perpetuò, inviolabiliter obſervari. *Eòdemque ſpectant & hæc ipſius verba*: Ne ſuper jure, Voce, Dignitate, & Poteſtate Electionis hujusmodi, necnon Principatibus, & Officio Archidapiferiæ, Et aliis Prædictis, ullo unquã tẽpore contingat ſcandala ſuſcitari vel attentari: valeãt novitates de

de Regiæ plenitudine poteſtatis, *&c.* *Neque aliam ob cauſam ipſum Imperii Caput, ejusdemque Membra, & Ordines, Bullæ, imprimis Carolinæ, obſervantiam, (cujus pars non poſtrema eſt hæc lex Tutelaris,) ſub jurisjurandi religione, ſanctiſſimè promittere ſolent: 4. Ipſeque adeò eventus & experientia hactenus evicit: S. Rom. Imperii majeſtatem, tranquillitatem, & perpetuitatem, ſecundum* DEUM, *à conſtante & strictâ harum Bullarum Cæſarearum, in omnibus ſuis Legibus, obſervantiâ, immediatè pendere: 5. Cum è contrario fieri nullo modo poſſit: quin hoc jure, vel leviter labefactato, & de gradu, quod ajunt, dejecto: ipſe pariter Imperii Status labefactetur, & tandem mutetur: quod ſingularum in Bullis comprehenſarum Sanctionum ſeria conſideratio obſcurum eſſe non ſinit. 6. Quibus omnibus accedit: quòd Tutor Electoralis, non generale tantùm & ſimplex Tutoris Justinianei officiũ gerit: quod principaliter privatum, & demum in conſequentiam, publicum commodum reſpiciat: ſed ſpeciale etiam officium habet, Officium, ſcilicet, Imperii immediatè Publicum, cum eximia Dignitate conjunctum, nempè,* Vocis, Dignitatis, & Poteſta-

eſtatis eligendi Regem Romanum, & omnium ac ſingulorum ab ipſis dependentium jurium Electoralium, *exercitium in quibus alteri, quàm, cui Lex ea nominatim aßignavit, tribuendis, Elector non plùs poßit, quàm privatus.*

Lex ergò Tutelaris *Bullarum, in quâ Proximior & Senior Adgnatus* Tutor *& Adminiſtrator Electoralis diſertis verbis denominatur, non ſubjacet privatorum diſpoſitionibus.*

Ac proinde liquidò conſtat: Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

III. Argumentum.

Q*ua de re lex certam præſcripſit Formam: de ea diſponẽdi facultatẽ omnib. hominibus ademit. Forma enim dat eſſe rei: quâ ſublata, legem ipſam tolli & perire neceſſe eſt. Et quoties jus ſingulare aliquid novi inducit, cum certis Modificationibus: toties, quicquid ibi exprimitur, dicitur eſſe Forma. Ideo nec ex Prætorio, nec ex Solenni jure, privatorum conventione, quidquã immutari poteſt*

eſt: adeò, ut Formam non ſufficiat aliâ quâdam viâ, vel etiam per æquipollens, adimplere: ſed magis attenditur Forma, quàm ratio legis: repuditurq́; non tantùm quidquid contra, ſed & præter, citra, & extra Formam, & Modificationem, legibus appoſitam ſit, & ſuſcipitur: ut nec ad caſum non expreſſum eam trahere liceat. Forma enim, quaſi quoddam perfectum, majus & minus in ſe non recipit: nec diviſionem ullam admittit: ſic ut, ne eorum quidem conſenſu, quorum intereſt, Formæ Legali quicquam addi vel detrahi poßit: ſed, quoties lex plura conjunctim requirit, non ſufficit alterum fieri: ſed utrumque adimpleri oportet. Omißio enim Formæ, etiã in qualibet minimâ qualitate, reddit actum in jure nullum: quia, parte individuâ vitiatâ, totum corrumpitur.

Cæterùm, Tutela & Adminiſtratio Electoralis certã à Legibus Imperii Formam accepit: nempe, ut defuncti Electoris Senior Frater, Nepos, vel Conſanguineus Proximior, ſecundum ordinem genituræ, Liberorum Electoralium Tutor & Adminiſtrator ſit & exiſtat : ut idem ſit Laicus: ut habeat exercitium jurium E-

lectoralium, & omnium ab his dependentium: ut ſit & exiſtat tamdiu Tutor & Adminiſtrator, donec Primogenitus Electoralis impleverit annum ætatis decimum octavum: ut tum Primogenito jus, Vocem, & Poteſtatem, & omnia ab his dependentia, totaliter, cum officio, protinùs aſſignet.

Hæc, inquam, Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis Forma, eſt certa: hoc eſt, unica, ſimplex, & individua. 1. Quia in Bullis Cæſareis hæc ſola Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis Forma, cum omnibus ſuis Requiſitis, abſque ullâ diſtinctionis notâ, caſuumque teſtati vel inteſtati differentiâ, eſt propoſita & deſcripta: 2. eandemque Lex, cum omnibus ſuis Requiſitis, cum perpetuo, ſimplici, & immutabili Succeſſionis Electoralis jure, Conditionis ac Modi vinculo, firmiſſimè conectendo: ejusdem ſimplicis & individuæ naturæ participē fecit: cujus & ipſa eſt Succeſſio: ut quemadmodum Succeſſio Electoralis omnem reſpuit teſtamentariam alterationem: ita etiam Tutela & Adminiſtra-

niſtratio Electoralis, omni & teſtati & inteſtati caſu, uniformiter procedat: adeò, ut nemo Tutelã & Adminiſtrationem Electoralem, in Bullis Cæſareis deſcriptã, ullâ ſui parte immutare tentaverit: quin pariter ipſam Succeſſionem Electoralem in fundamentis ſubruat. Vid. Bull. Carolin. *ibi:* eâ tamen conditione & modo: *& Bull. Sigism. ibi:* taliter, videlicet. *Ubi nota voculas* tamē *&* videlicet: *quæ ſunt declarativæ & reſtrictivæ præcedentium: dictio verò* tamen *etiam Adverſativa eſt: ejusque ſignificationem hìc adjuvat Demonſtrativum Pronomen* eâ: *denotatque iſte loquendi modus Conditionem: & dat Formam Succeſſioni Electorali: tot imprimis Determinationibus,* Clauſulisque, *etiam Pœnalibus, accedentibus: (uti mox patebit.)* 3. *Aut, ſi fortè dicamus: Bullarum Autores, novam hanc tutelæ Electoralis Formam, tantùm in caſu inteſtati, introducere voluiſſe: in caſu verò teſtati, Formam Tutelæ Juſtinianeæ veterem comprobâſſe: næ duas ſummè contrarias, & ſeſe mutuò perimentes Tutelarum Electoralium Formas, diſpari admodum diſcordique ejusdem Legis matrimonio, ipſos copulâſſe, ſtatuendum erit. Tutela enim*

Juſtinianea, in omnibus ſuis Speciebus, plures admittit tutores, Bullaris ubique tantùm unicum: illa Officium Imperii Publicum, cum Regiâ propè Dignitate conjunctum, in perſonam Tutoris ex ſe ſe conferre nullo modo poteſt, hæc vigore Legis Publicæ ſola poteſt: illa ætatē Pupillarē decimo quarto ætatis anno, hæc decimo octavo finit: illa Tutorem, ne poſt decimum quartum annum ætatis pupilli tutelam deponat, cogere non ſolet, hæc, non niſi poſt decimum octavum annum ætatis pupilli, Tutorem iſto munere liberat: &c. 4. Uti nec ratio ulla proferri idonea & conſtans poterit: cur in S. Imperio Tutelis Electoralibus Teſtamentariis permitti ea debuerint: quæ mox in aliis ab Inteſtato ibidem ſeveriſſimè prohiberentur. 5. Nam neque ex Formalibus Bullaris, & Juſtinianeæ tutelæ, Requiſitis inter ſe permixtis, unam aliquam conſarcinare & novam efformare Tutelæ Electoralis Formam poſſis: cùm, quòd, (uti quoque demonſtratum ſuperiùs,) Forma cujusque rei ſit indiviſibilis: tum, quòd privatorum arbitriis indulgendum minimè ſit: ut in Bullarum Imperialium, & Juſtiniani jure liberè graſſantes, ex utroque Formas Tutelarum peculiares, privato auſu, ſibi fingant ac refingant. 6. Quinimò, ſi nullâ voluntate ultimâ caveri poteſt:

eſt:(quod ne ex ipſis quidem Adverſariis nonnulli ire inficias audent:) ne, juxta præſcriptum Bullarum Cæſarearum, in Tutelis Electoralibus, ætas Pupillaris aliter, quàm decimo octauo anno terminetur: & ne Tutor & Adminiſtrator hâc ætate Pupilli elapsâ, ab officio protinus, & totaliter diſcedat: cur ergo & illud Tutelæ Electoralis Requiſitum Formale nobis non relinquatur teſtamento integrum: quod de Proximoris & Senioris Adgnati *perſonâ ſpeciatim, in Lege concèptum eſt? 7. Præcipuè, quia alia omnia, ad Formam Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis pertinentia, Requiſita, ad perſonam Proximioris & Senioris Adgnati in Bullis Cæſareis, perpetuò contextu referuntur: & verbis inſuper præceptivis (*debet, tenebitur, *&c.) eidem quaſi affiguntur: protinùs interitura, ſi hoc ſuum legibus publicis deſignatum ſubjectum proprium amittant.*

Widerleg. §. das ſolchem nach. & ſeqq. fol. 37. Defenſ. §. ſubjiciũt. & ſeqq. f. 26. §. nec Electorales. f. 51. Gothof. de tut. Elect. li. 3. refut. 12. f. 75. Freher. de tut. Elect. f. 38. §. Protinus.

Lex itaque, de Tutelâ & Adminiſtratione Electorali, (uti ea in Bullis Cæſareis, omnibus ſuis Formalibus Requiſitis definita exſtat,) diſponendi facultatem, omnibus hominibus ademit.

Ac proinde manifeſtum eſt: Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi

quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

IV. Argumentum.

Cujus obſervantiam Lex, perſonarum univerſalitate, temporis perpetuitate, obediendi abſolutâ integritate, contrariorumque omnium abrogatione, & prohibitione pœnali exigit: id non poteſt ullatenus, & ne teſtamento quidem, aliter fieri.

Quandocunque enim lex præcisè aliquid mandat: obſervantiam & neceſſitatem injungit: teſtator nihil in contrarium diſponere, vel cavere poteſt. Nam quando in Conſtitutione aliquâ diſpoſitum eſt: quòd debeat eſſe præciſa: omnia omninò expreſſa, & diſpoſita, pro Forma, & quidem Eſſentiali, requiſita eſſe, intelliguntur. Sed nec Legi Prohibitivæ renunciari poteſt: videtur enim tacité habere Clauſulam de Nullitate: nec viribus ſubſiſtit: quod contra Statutum Prohibitorium eſt actum: etſi nõ adſit Clauſula Annullatoria.

At verò Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis (uti ea in Bullis Cæſareis, omnibus ſuis formalibus requiſitis deſcripta eſt,) obſervantiam, lex (1.) Perſonarum univerſalitate, (2.) Temporis perpetuitate, (3.) Obediendi abſolutâ integritate, Contrario-

trariorumque omnium abrogatione, (4) *& prohibitione Pœnali,exigit.*

Nam I. *de Perſonis ita* Carolus *IV.* Nequis, *inquit,* Princeps Elector, aliusvè Princeps,cujuſcunq; conditionis ac Status, feudum vel feuda, à Sacro tenens Imperio,aut Comes,Baro,vel Nobilis,ſeu ſucceſſores talium, vel Heredes, ſupra & infra ſcriptas Imperiales Conſtitutiones & Leges adimplere recuſet: aut eis cõtraire præſumat. *Et, Sigismundus Imp. in ſua Declaratione & Confirmatione,* Nulli penitus hominum, *inquit,* liceat hanc paginam infringere.

Aur. Bull. cap.1.§.ſi quis auté.

II. *Hujus diſpoſitionis Tutelaris duratione & cõſtantiã Legislatores exprimũt:cùm* in Aureę Bullæ tit.7. *Carolus eã* perpetuis temporib. valiturã, *Itẽ,cùm Sigiſmundo,* legẽ perpetuis tẽporibus & perpetuò obſervandã, *edicũt.*

III. *Abſolutam Obediendi Integritatẽ,cum Contrariorũ omniũ Abrogatione, Legislatores exigũt: cùm*(1) ſine Cõtradictiõe,& ſine Innovatiõe, Inviolabiliter *hãc legẽ obſervari,præcipiũt.*(2) *Excellit hìc clauſula Caſſatoria & Annullatoria à*

toria à Sigiſmundo Imp. uſurpata talis : Nulli ergò penitus hominum liceat hanc nõſtræ pronunciationis, *&c.* paginam infringere : aut ei auſu temerario quomodolibet contravenire. *Quæ clauſula generalis, in fine Legis appoſita, refertur æqualiter ad omnia: quæ tam de Tutela, quàm de Succeſſione Electorali, in immediaté præcedentibus, ſancita ſunt: non tantùm ob Conjunctionem Ratiocinativam & præcedentium Concluſivam* ergo, *Pronominaque Demonſtrativa univerſalia*, hanc, *&* noſtræ: *ſed etiam propter Succeſſionis & Tutelæ Electoralis, per verba*, eâ tamen cõditione & modo: *item*: taliter, videlicet, *indiſſolubiliter factam* Connexionẽ: *eòque magis, quia nulla diverſitatis ratio valida aſſignari poteſt: cur ad unum magis, quàm ad alterum clauſula iſta referri debeat. Ubi ſimul perpendendæ dictiones* penitus *&* quomodolibet: *quæ adeò effusè Univerſales & Extenſivæ ſunt: ut omnia & ſingula excludant: quæ in contrarium excogitari ullo modo poſſunt: cùm ſub iis Omnes* Caſus *comprehendantur: oſtenduntq́ conjunctim enixam, plenam, & exuberantem voluntatem diſponentium.* (.3.)

Quo

Quò & referendum Decretum Revocatorium in Aur.Bull.tit.13. in fin.*ita ſonans*: Privilegia & Literas, ſi, & in quantum, libertatibus, juriſdictionibus, juribus, aut honoribus, ſeu dominiis: quæ Superiùs exprimuntur, dictorum Principum Electorum, aut alicujus ipſorum, derogare, vel obviare cenſentur: in aliquo, quò ad hoc, revocamus, ex certâ ſcientiâ, & caſſamus: revocataque, & revocatas intelligi, reputari & haberi volumus, de Imperatoriæ plenitudine poteſtatis. *(4) Eòdemque ſpectat Decretum Irritans Aureæ Bull.* tit.20. *inſertum his verbis*: Si per errorẽ, vel aliàs, auditus quis fuerit: aut proceſſus, judicium, ſententia, vel aliquid hujusmodi, contra Præsentem diſpoſitionem noſtram, emanaverit: ſeu quomodolibet attẽtari cõtigerit: hoc totum, & omnia, ex his, & quolibet eorum ſequentia, eo ipſo, viribus non ſubſiſtant. *Quando enim Clauſula omnibus Legis partibus uniformiter convenit: ad eas omnes*

E *& ſin-*

& ſingulas æqualiter refertur: licet in medio ſit poſita.

IV. Pœnæ in trangreſſores hic conſtitutæ ſunt tantò acerbiores: quantò majus periculum toti Imperio imminet, ex harum Bullarum violatione. De iis ita Carolus *Imp.* in Bull. Aur. tit. 1. Si qui, *inquit*, huic noſtræ Conſtitutioni contraire præſumſerint: ſubſcriptas ipſo facto pœnas incurrant. Omnes quidem Principes, & Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, ac univerſi nobiles, contrarium facientes, reatum perjurii, & privationem omnium feudorum, quę à S. Rom. Imperio, & à quibuscunque aliis, obtinent, & etiam omnium poſſeſſionum ſuarum, á quocunque habitarum, incurrant. Omnes quoque Cives & Communitates contra præmiſſa facere præſumentes, ſimiliter ſint perjuri: & nihilominùs univerſis ſuis juribus, libertatibus, privilegiis, & gratiis, à Sacro obtentis Imperio, ſint omninò privati: & cum perſonis,

nis,& bonis ſuis omnibus, Bannum& Proſcriptionem Imperialem incurrant:& eoſdē, ipſo facto, exnunc, prout extunc, jure privamus: deinceps cuilibet hominum, authoritate propriâ, & ſine judicio, ſeu invocatione Magiſtratus cujuſlibet, impunè licebit invadere: nullamque pœnam propter hoc invadens ipſos debebit ab Imperio, ſeu quovis alio, formidare: prẹſertim, cùm contra Rempubl. & Sacri Imperii Statum, & dignitatem, ac etiam cōtra honorem proprium & ſalutem, tātæ rei temerarii neglectores, tāquam rebelles, inobedientes,& perfidi, infideliter & perversè agere convincantur. *Et paullò poſt:* Si quis autem Princeps Elector, aliusve Princeps, cujuſcunque cōditionis aut ſtatus, feudū vel feuda à ſacro tenēs Imperio, aut Comes, Baro, vel Nobilis, ſeu Succeſſores taliū, vel hèredes, SUPRA ET INFRA ſcriptas Imperiales noſtras cōſtitutiōes,& Leges adimplere

eſtatis eligendi Regem Romanum, & omnium ac ſingulorum ab ipſis dependentium jurium Electoralium, *exercitium in quibus alteri, quàm, cui Lex ea nominatim aſsignavit, tribuendis, Elector non plùs poſsit, quàm privatus.*

Lex ergò Tutelaris *Bullarum, in quâ Proximior & Senior Adgnatus* Tutor *& Adminiſtrator Electoralis diſertis verbis denominatur, non ſubjacet privatorum diſpoſitionibus.*

Ac proinde liquidò conſtat: Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

III. Argumentum.

Qua de re lex certam præſcripſit Formam: de ea diſponẽdi facultatẽ omnib. hominibus ademit Forma enim dat eſſe rei: qua ſublata, legem ipſam tolli & perire neceſſe eſt. Et quoties jus ſingulare aliquid novi inducit, cum certis Modificationibus: toties, quicquid ibi exprimitur, dicitur eſſe Forma. Ideo nec ex Prætorio, nec ex Solenni jure, privatorum conventione, quidquã immutari poteſt

eſt: adeò, ut Formam non ſufficiat aliâ quâdam viâ, vel etiam per æquipollens, adimplere: ſed magis attenditur Forma, quàm ratio legis: repuditurq́ non tantùm quidquid contra, ſed & præter, citra, & extra Formam, & Modificationem, legibus appoſitam ſit, & ſuſcipitur: ut nec ad caſum non expreſſum eam trahere liceat. Forma enim, quaſi quoddam perfectum, majus & minus in ſe non recipit: nec diviſionem ullam admittit: ſic ut, ne eorum quidem conſenſu, quorum intereſt, Formæ Legali quicquam addi vel detrahi poßit: ſed, quoties lex plura conjunctim requirit, non ſufficit alterum fieri: ſed utrumque adimpleri oportet. Omißio enim Formæ, etiã in qualibet minimâ qualitate, reddit actum in jure nullum: quia, parte individuâ vitiatâ, totum corrumpitur.

Cæterùm, Tutela & Adminiſtratio Electoralis certã à Legibus Imperii Formam accepit: nempe, ut defuncti Electoris Senior Frater, Nepos, vel Conſanguineus Proximior, ſecundum ordinem genituræ, Liberorum Electoralium Tutor & Adminiſtrator ſit & exiſtat: ut idem ſit Laicus: ut habeat exercitium jurium E-

lectoralium, & omnium ab his dependentium: ut ſit & exiſtat tamdiu Tutor & Adminiſtrator, donec Primogenitus Electoralis impleverit annum ætatis decimum octavum: ut tum Primogenito jus, Vocem, & Poteſtatem, & omnia ab his dependentia, totaliter, cum officio, protinùs aſſignet.

Hæc, inquam, Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis Forma, eſt certa: hoc eſt, unica, ſimplex, & individua. 1. Quia in Bullis Cæſareis hæc ſola Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis Forma, cum omnibus ſuis Requiſitis, absque ullâ diſtinctionis notâ, caſuumque teſtati vel inteſtati differentiâ, eſt propoſita & deſcripta: 2. eandemque Lex, cum omnibus ſuis Requiſitis, cum perpetuo, ſimplici, & immutabili Succeſſionis Electoralis jure, Conditionis ac Modi vinculo, firmiſſimè connectendo: ejusdem ſimplicis & indiviſæ naturæ participē fecit: cujus & ipſa eſt Succeſſio: ut quemadmodum Succeſſio Electoralis omnem reſpuit teſtamentariam alterationem: ita etiam Tutela & Adminiſtra-

niſtra-

*niſtratio Electoralis,omni & teſtati & inteſtati caſu, uniformiter procedat:adeò,ut nemo Tutelã & Adminiſtrationem Electoralem,in Bullis Cæſareis deſcriptã,ullâ ſui parte immutare tentaverit:quin pariter ipſam Succeſſionem Electoralem in fundamentis ſubruat. Vid.Bull.*Carolin.*ibi:* eâ tamen conditione & modo*: & Bull. Sigism. ibi:* taliter, videlicet.*Ubi nota voculas* tamẽ & videlicet *: quæ ſunt declarativæ & reſtrictivæ præcedentium : dictio verò* tamen *etiam Adverſativa eſt:ejusque ſignificationem hìc adjuvat Demonſtrativum Pronomen* eâ*: denotatque iſte loquendi modus Conditionem: & dat Formam Succeſſioni Electorali : tot imprimis Determinationibus,* Clauſulisque,*etiam Pœnalibus , accedentibus:(uti mox patebit.)*). *Aut,ſi fortè dicamus:Bullarum Autores , novam hanc tutelæ Electoralis Formam,tantùm in caſu inteſtati,introducere voluiſſe : in caſu verò teſtati , Formam Tutelæ Juſtinianeæ veterem comprobâſſe : næ duas ſummè contrarias , & ſeſe mutuò perimentes Tutelarum Electoralium Formas , diſpari admodum diſcordique ejusdem Legis matrimonio , ipſos copulâſſe , ſtatuendum erit. Tutela enim*

Digitized by Google

Juſtinianea, in omnibus ſuis Speciebus, plures admittit tutores, Bullaris ubique tantùm unicum: illa Officium Imperii Publicum, cum Regiâ propè Dignitate conjunctum, in perſonam Tutoris ex ſe ſe conferre nullo modo poteſt, hæc vigore Legis Publicæ ſola poteſt: illa ætatē Pupillarē decimo quarto ætatis anno, hæc decimo octavo finit: illa Tutorem, ne poſt decimum quartum annum ætatis pupilli tutelam deponat, cogere non ſolet, hæc, non niſi poſt decimum octavum annum ætatis pupilli, Tutorem iſto munere liberat: &c. 4. Uti nec ratio ulla proferri idonea & conſtans poterit: cur in S. Imperio Tutelis Electoralibus Teſtamentariis permitti ea debuerint: quæ mox in aliis ab Inteſtato ibidem ſeveriſſimé prohiberentur. 5. Nam neque ex Formalibus Bullaris, & Juſtinianeæ tutelæ, Requiſitis inter ſe permixtis, unam aliquam conſarcinare & novam efformare Tutelæ Electoralis Formam poſsis: cùm, quòd, (uti quoque demonſtratum ſuperiùs,) Forma cujusque rei ſit indiviſibilis: tum, quòd privatorum arbitriis indulgendum minimé ſit: ut in Bullarum Imperialium, & Juſtiniani jure liberè graſſantes, ex utroque Formas Tutelarum peculiares, privato auſu, ſibi fingant ac refingant. 6. Quinimò, ſi nullâ voluntate ultimâ caveri poteſt:

eſt: (quod ne ex ipſis quidem Adverſariis nonnulli ire inficias audent:) ne, juxta præſcriptum Bullarum Cæſarearum, in Tutelis Electoralibus, ætas Pupillaris aliter, quàm decimo octauo anno terminetur: & ne Tutor & Adminiſtrator hâc ætate Pupilli elapsâ, ab officio protinus, & totaliter diſcedat: cur ergo & illud Tutelæ Electoralis Requiſitum Formale nobis non relinquatur teſtamento integrum: quod de Proximoris & Senioris Adgnati *perſonâ ſpeciatim, in Lege concèptum eſt? 7. Præcipué, quia alia omnia, ad Formam Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis pertinentia, Requiſita, ad perſonam Proximioris & Senioris Adgnati in Bullis Cæſareis, perpetuò contextu referuntur: & verbis inſuper præceptivis* (debet, tenebitur, *&c.) eidem quaſi affiguntur: protinùs interitura, ſi hoc ſuum legibus publicis deſignatum ſubjectum proprium amittant.*

Widerleg. §. das ſolchem nach. & ſeqq. fol. 33. Defenſ. §. ſubijciũt. & ſeqq. f. 26. §. nec Electorales. f. 51. Gothof. de tut. Elect. li. 3. refut. 12. f. 75. Freher. de tut. Elect. f. 38. §. Protinus.

Lex itaque, de Tutelâ & Adminiſtratione Electorali, (uti ea in Bullis Cæſareis, omnibus ſuis Formalibus Requiſitis definita exſtat,) diſponendi facultatem, omnibus hominibus ademit.

Ac proinde manifeſtum eſt: Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi

quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

IV. Argumentum.

Cujus obſervantiam Lex, perſonarum univerſalitate, temporis perpetuitate, obediendi abſoluta integritate, contrariorumque omnium abrogatione, & prohibitione pœnali exigit: id non poteſt ullatenus, & ne teſtamento quidem, aliter fieri.

Quandocunq; enim lex præcisè aliquid mandat: obſervantiam & neceſſitatem injungit: teſtator nihil in contrarium diſponere, vel cavere poteſt. Nam quando in Conſtitutione aliquâ diſpoſitum eſt: quòd debeat eſſe præciſa: omnia omninò expreſſa, & diſpoſita, pro Forma, & quidem Eſſentiali, requiſita eſſe, intelliguntur. Sed nec Legi Prohibitivæ renunciari poteſt: videtur enim tacité habere Clauſulam de Nullitate: nec viribus ſubſiſtit: quod contra Statutum Prohibitorium eſt actum: etſi nō adſit Clauſula Annullatoria.

At verò Tutelæ *& Adminiſtrationis Electoralis (uti ea in Bullis Cæſareis, omnibus ſuis formalibus requiſitis deſcripta eſt,) obſervantiam, lex (1.) Perſonarum univerſalitate, (2.) Temporis perpetuitate, (3.) Obediendi abſolutâ integritate, Contrario-*

trariorumque omnium abrogatione, (4) *& prohibitione Pœnali,exigit.*

Nam I. *de Perſonis ita Carolus IV.* Ne quis, *inquit,* Princeps Elector, aliusvè Princeps,cujuſcunq; conditionis ac Status, feudum vel feuda, à Sacro tenens Imperio,aut Comes,Baro,vel Nobilis,ſeu ſucceſſores talium, vel Heredes, ſupra & infra ſcriptas Imperiales Conſtitutiones & Leges adimplere recuſet: aut eis cōtraire præſumat. *Et, Sigismundus Imp. in ſua Declaratione & Confirmatione,* Nulli penitus hominum, *inquit,* liceat hanc paginam infringere.

Aur. Bull. cap. 1. §. ſi quis autē.

II. *Hujus diſpoſitionis Tutelaris duratione & cōſtantiā Legislatores exprimūt:cùm* in Aureę Bullæ tit. 7. *Carolus eā* perpetuis temporib. valiturā, *Itē,cùm Sigiſmundo*, legē perpetuis tēporibus & perpetuò obſervandā, *edicūt.*

III. *Abſolutam Obediendi Integritatē,cum* Con*trariorū omniū Abrogatione, Legislatores exigūt: cùm*(1) ſine Cōtradictiōe,& ſine Innovatiōe, Inviolabiliter *hāc legē obſervari,pracipiūt.*(2)*Excellit hìc clauſula Caſſatoria & Annullatoria à*

toria à Sigiſmundo Imp. uſurpata talis : Nulli ergò penitus hominum liceat hanc nõſtræ pronunciationis, *&c.* paginam infringere : aut ei auſu temerario quomodolibet contravenire. *Quæ clauſula generalis, in fine Legis appoſita, refertur æqualiter ad omnia: quæ tam de Tutela, quàm de Succeſſione Electorali, in immediaté præcedentibus, ſancita ſunt: non tantùm ob Conjunctionem Ratiocinativam & præcedentium Concluſivam* ergo, *Pronominaque Demonſtrativa univerſalia*, hanc, *&* noſtræ: *ſed etiam propter Succeſſionis & Tutelæ Electoralis, per verba*, eâ tamen cõditione & modo: *item*: taliter, videlicet, *indiſſolubiliter factam Connexionẽ: eòque magis, quia nulla diverſitatis ratio valida aſſignari poteſt: cur ad unum magis, quàm ad alterum clauſula iſta referri debeat. Ubi ſimul perpendendæ dictiones* penitus *&* quomodolibet: *quæ adeò effusè Univerſales & Extenſivæ ſunt: ut omnia & ſingula excludant: quæ in contrarium excogitari ullo modo poſſunt: cùm ſub iis Omnes Caſus comprehendantur: oſtenduntq́; conjunctim enixam, plenam, & exuberantem voluntatem diſponentium.* (3.)

Quo

Quò & referendum Decretum Revocatorium in Aur.Bull.tit.13. in fin.*ita ſonans*: Privilegia & Literas, ſi, & in quantum, libertatibus, juriſdictionibus, juribus, aut honoribus, ſeu dominiis: quæ SUPERIÙS exprimuntur, dictorum Principum Electorum, aut alicujus ipſorum, derogare, vel obviare cenſentur: in aliquo, quò ad hoc, revocamus, ex certâ ſcientiâ, & caſſamus: revocataque, & revocatas intelligi, reputari & haberi volumus, de Imperatoriæ plenitudine poteſtatis. *(4) Eòdemque ſpectat Decretum Irritans Aureæ Bull.* tit.20. *inſertum his verbis*: Si per errorẽ, vel aliàs, auditus quis fuerit: aut proceſſus, judicium, ſententia, vel aliquid hujusmodi, contra PRÆSENTEM diſpoſitionem noſtram, emanaverit: ſeu quomodolibet attẽtari cõtigerit: hoc totum, & omnia, ex his, & quolibet eorum ſequentia, eo ipſo, viribus non ſubſiſtant. *Quando enim Clauſula omnibus Legis partibus uniformiter convenit: ad eas omnes*

& ſingulas æqualiter refertur: licet in medio ſit poſita.

IV. P*œnæ in trangreſſores hìc conſtitutæ ſunt tantò acerbiores: quantò majus periculum toti Imperio imminet, ex harum Bullarum violatione. De iis ita* Carolus Imp. in Bull. Aur. tit. 1. Si qui, *inquit*, huic noſtræ Conſtitutioni contraire præſumſerint: ſubſcriptas ipſo facto pœnas incurrant. Omnes quidem Principes, & Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, ac univerſi nobiles, contrarium facientes, reatum perjurii, & privationem omnium feudorum, quę à S. Rom. Imperio, & à quibuscunque aliis, obtinent, & etiam omnium poſſeſſionum ſuarum, á quocunque habitarum, incurrant. Omnes quoque Cives & Communitates contra præmiſſa facere præſumentes, ſimiliter ſint perjuri: & nihilominùs univerſis ſuis juribus, libertatibus, privilegiis, & gratiis, à Sacro obtentis Imperio, ſint omninò privati: & cum perſo-

nis,

Digitized by Google

nis,& bonis ſuis omnibus, Bannum & Proſcriptionem Imperialem incurrant:& eoſdē, ipſo facto, exnunc, prout extunc, jure privamus: deinceps cuilibet hominum, authoritate propriâ, & ſine judicio, ſeu invocatione Magiſtratus cujuſlibet, impunè licebit invadere: nullamque pœnam propter hoc invadens ipſos debebit ab Imperio, ſeu quovis alio, formidare: præſertim, cùm contra Rempubl. & Sacri Imperii Statum, & dignitatem, ac etiam cōtra honorem proprium & ſalutem, tātæ rei temerarii neglectores, tāquam rebelles, inobedientes,& perfidi, infideliter & perversè agere convincantur. *Et paullò poſt:* Si quis autem Princeps Elector, aliusve Princeps, cujuſcunque cōditionis aut ſtatus, feudū vel feuda à ſacro tenēs Imperio, aut Comes, Baro, vel Nobilis, ſeu Succeſſores taliū, vel heredes, SVPRA ET INFRA ſcriptas Imperiales noſtras cōſtitutiōes,& Leges adimplere

Digitized by Google

noluerint:aut eis contraire præſumſerint: & ſiquidem talis Princeps, Elector: extunc ceteri ſui Coëlectores à ſuo ipſum deinceps excludant conſortio: ipſeque voce Electionis, aliorum Principum Electorum loco, dignitate, careat, atque jure: nec inveſtiatur de Feudis, quæ à Sacro Imperio viſus fuerit obtinere. Alius verò Princeps, aut vir Nobilis, ut præfertur, in Has Nostras Leges committens: ſimiliter non inveſtiatur de feudis, quæ à Sacro Imrio, vel aliàs obtinet à quocunque: & nihilominùs in omnes pœnas præmiſſas, ſuam concernentes perſonam, incidat, eo ipſo. *Hactenus Bulla Carolina. Sigismundus verò Imp. in ſæpè dicta Declaratione, pœnam* mille Marcarum auri puriſſimi *determinat, & has ab eo, qui contra fecerit,* toties, quoties, *contra factum fuerit,* irremiſſibiliter *exigi, vult.*

Atque ad hanc à Bullis Cæſareis introductam Tutelæ Electoralis ſpeciem iiſdem ferè Clauſulis iisdem.

iisdemque Pœnis, Principes Palatini, etiam ſingularibus Pactis conventis, arctiſſimè, & per Verbū Veritatis, in vim Juramenti, ſeſe mutuò alligârūt. Sic enim illi in Pacto anno 1545. inito: Atque ut hoc modo (*verba ſunt paciſcentiū Principum*) Hereditates haſce noſtras, Conſuetudines, jura, Privilegia, exemplo Majorum, citra cujuſcunque impedimentum, tantò magis retinere illibata valeamus: hanc inter nos Sponſionem amicam, vivâ voce, ſtipulatiſque manibus, fecimus: & ſuperiorum omnium firmam, cōſtantemque obſervantiam, omni ope, atque cum ipſius etiam ſanguinis profuſione, eâ, quâ Fratres & Adgnatos, decet, conjunctione tuendam, noſtro, heredumque noſtrorum, nomine, bonâ, ſanctâque fide, abſque dolo, promiſimus. *Et in Pacto anno 1551.* Quæ, (*iidem inquiunt,*) anno 1545. pacti ſumus: & in Bulla Aur. Caroli IV. ejusque declaratione Sigiſmundi Imp. ſalubriter conſtituta ſunt: ea omnia, abſ-

Digitized by Google

queullâ innovatione, ita obſervari, cō-
junctim & ſingulatim, noſtro, hære-
dumq; noſtrorum omnium, nomine,
invicem, ſub Dignitatibus, & Honori-
bus noſtris Electoralibus & Principa-
libus, bonâ fide, & Verbo Veritatis, &
Iuramenti efficaciter præſtiti loco, da-
tis mutuò dextris, ſcienter, & præme-
ditatè, vi hujus ſcripturæ, pollicemur,
ſtipulamur, promittimus: Et, deſuper
(pergunt Principes paciſcentes) nos adſtringi-
mus omnibus iis graviſſimis pœnis:
nēpè, privationis & jacturæ omnium
Regalium & Feudorum, & aliis: quæ
Bullæ Cæſareæ in ſui tranſgreſſores ſe-
verè conſtituerunt: ſic, ut quandocun
que ex nobis, aut ex noſtris heredibus
quiſpiam, ſecus, & contra hæc feciſſe,
aut facere tentâſſe, aut, ut fieret, conſen-
ſiſſe, aut quocunque modo ea violâſſe,
comperietur: is in hanc privationis,
& pœnas connexas alias, uti quidem
id æquitati per ſe conſentaneum eſt, eo
ipſo

ipſo incidat, iiſdemque ſubjiciatur: nec ad Succeſſionem in Electoratu, ab eoque dependētia jura, & Dignitates, quippè, quibus ſe indignum & incapacem talis reddidit, admittatur: ſed ea cuncta, ad proximos, in ſupradictis Cæſareis Cōſtitutionibus deſignatos, Succeſſores, qui ſingulis tēporibus fuerint, abſq; cōtradictione, devolvātur: & nihilominùs ejuſcemodi actiones illegitimæ, approbationes, & contractus, nunc uti tunc, & tunc uti nunc, penitus invalidi atq; irriti: nobisq; cæteris in Succéſſione, juribusque, & privilegiis, nullatenus fraudi cēſeri, haberique debēt: perindè atque vi Bullæ Aureæ, & Cæſarcarū Cōſtitutionum, quæcunque his cōtraria ſuſcipiuntur, & fiunt, per ſe nullius eſſe momenti, neque viribus ſubſiſtere, jubentur. Hæc igitur omnia, quæ ſupra diximus, (*ſic enim ulteriùs ibidem ſe obligant*) ut in effectū deducātur: perpetuiſq; tēporibus in vigore

ſuo

ſuo permaneant: cumprimis, ut ab aliis quibuſcunque, in contemtum Aureæ Bullę, & Cæſarearum Conſtitutionum, nobis tantò minus impedimenti & moleſtiarum deſuper creari poſſit: omnes vires fraternè, amicè, & fideliter conjungere, atque adeò ſanguinem & vitam ipſam impendere, neque nos invicem deſerere, unà cum heredibus noſtris, & debemus, & volumus. *Et paucis interpoſitis:* Recipimus, & promittimus, dextris, bonâ, & ſub Principum fide, veri juramenti loco, datis: quòd ſupraſcripta omnia, & ſingula, nos, & omnes heredes noſtri, perpetuò grata & rata habituri, integrè ſervatuti, & conſtanter fideliterque exſecuturi, nec unquam contrafacturi, aut, ut cōtra quid fiat, permiſſuri, curaturiq; ſimus. Renunciamus etiam omnibus & ſingulis, quæcunquè contra hæc, à quocunq; ullo unquam tempore, facta ſuſceptaque fuerunt: aut in poſterum fient,

ent, & ſuſcipientur: necnō omnibus exceptionibus, tam Eccleſiaſticis, quā Politicis, præſentibus & futuris, judicialibus & extrajudicialibus: omnibus itidem abſolutionibus, diſpenſationibus, in integrum reſtitutionibus, & ſimilibus juris remediis, & beneficiis: cujuſcunque coloris, & nominis, & à quocunque inventa & excogitata ea fuerint: quatenùs in fraudem Cæſarearum Bullarum Aurearũ, Conſtitutionum, Decretorum, Ordinationum, & hujus noſtræ Conventionis vergunt: aut ſaltèm interpretatione vergere poſſe, noſcuntur: qualia neq; nos, neque noſtri heredes, ullo unquam modo, approbaturi, quęſituri, propoſituri, & uſurpaturi ſumus: bonâ fide, abſq; dolo. *Hiſce planè ſimiles ſunt Clauſulæ Pactorum anno* 1553. *&* 1557. *quibus etiam Pacta priorum annorum denuò approbantur & confirmantur.*

Quare Tutela & Adminiſtratio Electoralis

non

non poteſt ullatenus, & ,ne teſtamento quidem, aliter, quàm in Bullis Cæſareis, omnibus ſuis formalibus requiſitis, deſcripta eſt, fieri.

Ac proindè evidenter apparet: Palatinum Neuburgicum, à Tutelâ & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

V. Argumentum.

Ius alicui, legibus publicis, vi Sanguinis, & Primogenituræ, adquiſitum: non poteſt eidem invito, teſtamento eripi.

Nam id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro, ad alium transferri non poteſt: & quod quis beneficium à lege, jure Sanguinis & Primogenituræ, habet: eidem diſpoſitione teſtatoris adimi adeò nō poteſt: ut, quod in fortioribus terminis annotatum eſt, ne ſummus quidem Princeps, jus Fideicommiſſi, Majoratus, & Primogenituræ, in necem alterius, evertere queat.

Porrò Proximiori & Seniori Adgnato, jus Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis, Conſtitutione

Digitized by Google

tutione Bullarum *Cæſarearum, vi Sanguinis, & Primogenituræ, adquiritur.*

Quia 1. Bulla Cæſarea Proximioris & Senioris Conſanguinei *appellatione, jus Sanguinis & Primogenituræ inferente, expreſſè utuntur: (2.) & huic* Proximiori *&* Seniori *Conſanguineo* Ius, Vocem, Dignitatem, ac Poteſtatem Electionis Regis Romani, omniaque & ſingula ab his dependentia, *eo caſu, apertè tribuunt: quo Princeps Elector moriens* heredes maſculos, legitimos, Laicos, defectum ætatis patientes, *(quod in Friderico* I V. *Electore nunc contigit) relinquit. 3. Atque ut* T*eſtator ipſum Electoratū, quem Legis beneficio habet, & qui munus Legis eſt, ita Jurium Electoratui connexorum exercitium, pro arbitrio transferendi poteſtatem non obtinet: cùm paria ſint, de Electoratu, & de Juribus, ſine quibus Electoratus eſſe non poteſt, diſponere. 4. Liquet hoc etiam magis ex longè clariſſimâ illâ Jurium Primogenituræ, in utraque, & Succeſſione, & Tutelâ Electorali, ab* I*mperatore Carolo IV. ejusque Filio Sigismundo, unanimiter ſancitorū, inſeparabili Connexione: nō tantùm ad hoc: ut eodem jure Proximior & Senior*

Adgnatus Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem gerat: quo jure Primogenitus Electoralis ſuccedit in Electoratu: verùm etiam, ut Proximioris & Senioris Adgnati perſona, ad Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem à lege vocata, Conditionem & Modum injiciat Succeſſioni Electorali: per verba: eâ tamen cõditione & modo: *& per verba*: taliter, videlicet. 5. *Quod Sigismundus Imperator aliquantò etiam clarius reddidit, duarum vocum adjectione: cùm ait*: Si aliquem ex eis, (Electoribus) modo præmiſſo, ab hac luce migrare contigerit: extunc ſenior frater &c. modo, *inquit*, præmiſſo: *quem, ſcilicet, in Succeſſione Electorali, per Proximos heredes Laicos, in lineâ Paternâ, procedere, paullò antè conſtituerat: luculenter ſignificans: quòd par Sanguinis & Primogenituræ jus, modum, & ordinem, & in Succeſſione, & in Tutelâ Electorali, perpetuò valere & vigere velit.* 6. *Et ſanè magno, graviſſimoque conſilio, ab univerſo Imperio, ſola Proximioris & Senioris Adgnati perſona, ex omnibus electa eſt: tum, quòd longè plurimum interſit: cui tantæ Poteſtatis & Dignitatis Electoralis in Imperio uſus & exercitiũ, in Ele-*

Digitized by Google

Electione Regis Romani, in Vicariatu Imperii, tempore Interregni, & eminentiſsimis juribus aliis, concredatur: tùm, quòd nullus fidelior fore Tutor & Adminiſtrator judicatus ſit: quàm, qui in rem quodammodò propriam datus, & Sanguine, & Succedendi ſpe, Pupillis quàm proximè conjungitur.

Ergo hoc Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis jus, Proximiori & Seniori Adgnato invito, teſtamento eripi non poteſt.

Ac proindè evincitur: Palatinum Neuburgicum, à Tutelâ & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

VI. Argumentum.

Si in Tutela & Adminiſtratione Electorali Proximioris & Senioris Adgnati perſona teſtamẽtariæ mutationi eſt obnoxia: ſimul etiam reliqua, in Bulla Aurea Caroli IV. tit. 7. *& in Declaratione Sigismundeâ, ſancita jura, nempè, de Primogeniturâ, & Primogeniti Electoralis Laici in Electoratu Succeſsione, ejusdemque Ætate octodecim an-*

norum completorum, ad Electoratum *ſuſcipiendũ & gubernandum legitimâ & idoneâ, teſtantium arbitriis ſubjiciuntur.*

Quandoquidem jura iſta ſimul omnia, ſub ejusdem Edicti prohibitivi, pœnalis, irritantis, & derogatorii, perpetuis temporibus, & ſine innovatione, valituri, connexâ & indiviſibili diſpoſitione, immediatè continentur: Succeſſio inſuper Electoralis, ad Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem, arctiſſimo Conditionis ac Modi *nexu, adſtringitur: uti monſtratum jam ſæpiùs. Qualitèr Connexorum una eſt, eademque ratio, natura, proportio: ut, quod in uno valet, vi ejusdem Connexionis, etiam valere in cæteris, & de omnibus idem jus ſtatui, debeat.*

Verùm, quæ in Bulla Caroli I *V.* tit. 7. *& in Declaratione Sigismundeâ, de jure (1.)* Primogenituræ: *(2.) de Primogeniti* Electoralis *Laici in Electoratu Succeſſione: (3.) de ejusdem Ætate octodecim annorum completorum, ad Electoratũ ſuſcipiendum, & gubernandum legitimâ & idoneâ, ſancita ſunt: non ſubjiciuntur teſtantium arbitriis.*

Et I. *quidem de jure* Primogenituræ, *quamdiu, videlicet, Primogenitus Electoralis Laicus manet, id patet (1.) quia* Primogenitus Electoralis *hoc jus*

Pri-

Digitized by Google

Primogenituræ non à Patre, nec jure Communi, ſed Lege ſingulari, novâ, publicâ, quæſitum habet: (2.) *quod adeò firmum eſt: ut ſemel adquiſitum, ne ab Imperatore quidem, auferri poßit.* (3.) *Quare etiam Fridericus, Burggravius Noribergenſis, qui primus Septemviri & Marchionis Brandenburgenſis nomen in ſuam Familiam, ſub Sigismundo Imp. intulit, Electoratum Secundogenito filio Friderico aßignaturus: non priùs id licere, rectè judicavit: quàm Primogenitus filius Johannes, propterea cõpellatus, jure iſto ſuo ultrò cõceßiſſet, atteſtãtibus Hiſtoricis.* (4.) *Hinc Andr. Gail. autor graviſsimus,* 2. obſ. 153. n. 2. *verè ſcribit*: Divũ Imp. Carolũ IV. Electoralem dignitatẽ voluiſſe eſſe individuam: & jus Primogenituræ in ea locũ habere.

II. *Par omninò & Succeßionis in Electoratu eſt ratio:* (1.) *quippè, quæ ad Primogenitum Electoralem, immutabili Primogenituræ & Majoratus, nõ tam naturali, quàm poſitivo, Publico, jure, devolvitur: unde nec eo ordine, qui teſtatori fortè placuerit, ſed quem lex Imperii deſignavit, procedit:* (2.) *quæ & Primogenito Electorali, nõ tantũ in caſu non exiſtentiũ liberorũ, ſed etiã,* ſi is mẽte forſitã captus, fatuus, vel quo alio famoſo & notabili defectu laboret, quo reddatur

ad

& ſingulas æqualiter refertur: licet in medio ſit poſita.

IV. P*œnæ in trangreßores hic conſtitutæ ſunt tantò acerbiores: quantò majus periculum toti Imperio imminet, ex harum Bullarum violatione. De iis ita* Carolus Imp. in Bull. Aur. tit. 1. Si qui, *inquit*, huic noſtræ Conſtitutioni contraire præſumſerint: ſubſcriptas ipſo facto pœnas incurrant. Omnes quidem Principes, & Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, ac univerſi nobiles, contrarium facientes, reatum perjurii, & privationem omnium feudorum, quę à S. Rom. Imperio, & à quibuscunque aliis, obtinent, & etiam omnium poſſeſſionum ſuarum, á quocunque habitarum, incurrant. Omnes quoque Cives & Communitates contra præmiſſa facere præſumentes, ſimiliter ſint perjuri: & nihilominùs univerſis ſuis juribus, libertatibus, privilegiis, & gratiis, à Sacro obtentis Imperio, ſint omninò privati: & cum perſonis,

nis,& bonis ſuis omnibus, Bannum & Proſcriptionem Imperialem incurrant:& eoſdē, ipſo facto, exnunc, prout extunc, jure privamus: deinceps cuilibet hominum, authoritate propriâ, & ſine judicio, ſeu invocatione Magiſtratus cujuſlibet, impunè licebit invadere: nullamque pœnam propter hoc invadens ipſos debebit ab Imperio, ſeu quovis alio, formidare: prę ſertim, cùm contra Rempubl. & Sacri Imperii Statum, & dignitatem, ac etiam cōtra honorem proprium & ſalutem, tātæ rei temerarii neglectores, tāquam rebelles, inobedientes,& perfidi, infideliter & perversè agere convincantur. *Et paullò poſt:* Si quis autem Princeps Elector, aliusve Princeps, cujuſcunque cōditionis aut ſtatus, feudū vel feuda à ſacro tenēs Imperio, aut Comes, Baro, vel Nobilis, ſeu Succeſſores taliū, vel heredes, Supra et Infra ſcriptas Imperiales noſtras cōſtitutiōes,& Leges adimplere

noluerint:aut eis contraire præſumſerint: & ſiquidem talis Princeps, Elector: extunc ceteri ſui Coëlectores à ſuo ipſum deinceps excludant conſortio:ipſeque voce Electionis, aliorum Principum Electorum loco, dignitate, careat, atque jure: nec inveſtiatur de Feudis, quæ à Sacro Imperio viſus fuerit obtinere. Alius verò Princeps, aut vir Nobilis, ut præfertur, in Has Nostras Leges committens: ſimiliter non inveſtiatur de feudis, quæ à Sacro Imrio, vel aliàs obtinet à quocunque: & nihilominùs in omnes pœnas præmiſſas, ſuam concernentes perſonam, incidat, eo ipſo. *Hactenus Bulla Carolina. Sigismundus verò Imp. in ſæpè dicta Declaratione, pœnam* mille Marcarum auri puriſſimi *determinat, & has ab eo, qui contra fecerit,* toties, quoties, *contra factum fuerit,* irremiſſibiliter *exigi, vult.*

Atque ad hanc à Bullis Cæſareis introductam Tutelæ Electoralis ſpeciem iiſdem ferè Clauſulis iisdem

iisdemque Pœnis, Principes Palatini, etiam ſingularibus Pactis conventis, arctiſſimè, & per Verbũ Veritatis, in vim Juramenti, ſeſe mutuò alligârũt. Sic enim illi in Pacto anno 1545. inito: Atque ut hoc modo (*verba ſunt paciſcentiũ Principum*) Hereditates haſce noſtras, Conſuetudines, jura, Privilegia, exemplo Majorum, citra cujuſcunque impedimentum, tantò magis retinere illibata valeamus: hanc inter nos Sponſionem amicam, vivâ voce, ſtipulatiſque manibus, fecimus: & ſuperiorum omnium firmam, cõſtantemque obſervantiam, omni ope, atque cum ipſius etiam ſanguinis profuſione, eâ, quâ Fratres & Adgnatos, decet, conjunctione tuendam, noſtro, heredumque noſtrorum, nomine, bonâ, ſanctâque fide, abſque dolo, promiſimus. *Et in Pacto anno 1551.* Quæ, (*iidem inquiunt,*) anno 1545. pacti ſumus: & in Bulla Aur. Caroli IV. ejusque declaratione Sigiſmundi Imp. ſalubriter conſtituta ſunt: ea omnia, abſ-

que ullâ innovatione, ita obſervari, cõjunctim & ſingulatim, noſtro, hæredumq; noſtrorum omnium, nomine, invicem, ſub Dignitatibus, & Honoribus noſtris Electoralibus & Principalibus, bonâ fide, & Verbo Veritatis, & Iuramenti efficaciter præſtiti loco, datis mutuò dextris, ſcienter, & præmeditatè, vi hujus ſcripturæ, pollicemur, ſtipulamur, promittimus: Et, deſuper (*pergunt Principes paciſcentes*) nos adſtringimus omnibus iis graviſſimis pœnis: nẽpè, privationis & jacturæ omnium Regalium & Feudorum, & aliis: quæ Bullæ Cæſareæ in ſui tranſgreſſores ſeverè conſtituerunt: ſic, ut quandocunque ex nobis, aut ex noſtris heredibus quiſpiam, ſecus, & contra hæc feciſſe, aut facere tentâſſe, aut, ut fieret, conſenſiſſe, aut quocunque modo ea violâſſe, comperietur: is in hanc privationis, & pœnas connexas alias, uti quidem id æquitati per ſe conſentaneum eſt, eo ipſo

ipſo incidat, iiſdemque ſubjiciatur: nec ad Succeſſionem in Electoratu, abeoque dependētia jura, & Dignitates, quippè, quibus ſe indignum & incapacem talis reddidit, admittatur: ſed ea cuncta, ad proximos, in ſupradictis Cæſareis Cōſtitutionibus deſignatos, Succeſſores, qui ſingulis tēporibus fuerint, abſq; cōtradictione, devolvātur: & nihilominùs ejuſcemodi actiones illegitimæ, approbationes, & contractus, nunc uti tunc, & tunc uti nunc, penitus invalidi atq; irriti: nobisq; cæteris in Succeſſione, juribusque, & privilegiis, nullatenus fraudi cēſeri, haberique debēt: perindè atque vi Bullæ Aureæ, & Cæſarcarū Cōſtitutionum, quæcunque his cōtraria ſuſcipiuntur, & fiunt, per ſe nullius eſſe momenti, neque viribus ſubſiſtere, jubentur. Hæc igitur omnia, quæ ſupra diximus, (*ſic enim ulteriùs ibidem ſe obligant*) ut in effectū deducātur: perpetuiſq; tēporibus in vigore ſuo

ſuo permaneant: cumprimis, ut ab aliisquibuſcunque, in contemtum Aureæ Bullę, & Cæſarearum Conſtitutionum, nobis tantò minus impedimenti & moleſtiarum deſuper creari poſſit: omnes vires fraternè, amicè, & fideliter conjungere, atque adeò ſanguinem & vitam ipſam impendere, neque nos invicem deſerere, unà cum heredibus noſtris, & debemus, & volumus. *Et paucis interpoſitis:* Recipimus, & promittimus, dextris, bonâ, & ſub Principum fide, veri juramenti loco, datis: quòd ſupraſcripta omnia, & ſingula, nos, & omnes heredes noſtri, perpetuò grata & rata habituri, integrè ſervatuti, & conſtanter fideliterque exſecuturi, necunquam contrafacturi, aut, ut cōtra quid fiat, permiſſuri, curaturiq; ſimus. Renunciamus etiam omnibus & ſingulis, quæcunquè contra hæc, à quocunq;, ullo unquam tempore, facta ſuſceptaque fuerunt: aut in poſterum fient,

ent, & ſuſcipientur: necnō omnibus exceptionibus, tam Eccleſiaſticis, quā Politicis, præſentibus & futuris, judicialibus & extrajudicialibus: omnibus itidem abſolutionibus, diſpenſationibus, in integrum reſtitutionibus, & ſimilibus juris remediis, & beneficiis: cujuſcunque coloris, & nominis, & à quocunque inventa & excogitata ea fuerint: quatenùs in fraudem Cæſarearum Bullarum Aurearū, Conſtitutionum, Decretorum, Ordinationum, & hujus noſtræ Conventionis vergunt: aut ſaltèm interpretatione vergere poſſe, noſcuntur: qualia neq; nos, neque noſtri heredes, ullo unquam modo, approbaturi, quęſituri, propoſituri, & uſurpaturi ſumus: bonâ fide, abſq; dolo. *Hiſce planè ſimiles ſunt Clauſulæ Pactorum anno* 1553. *&* 1557. *quibus etiam Pacta priorum annorum denuò approbantur & confirmantur.*

Quare Tutela & Adminiſtratio Electoralis

 non

non poteſt ullatenus, & ,ne teſtamento quidem, aliter, quàm in Bullis Cæſareis, omnibus ſuis formalibus requiſitis, deſcripta eſt, fieri.

Ac proindè evidenter apparet: Palatinum Neuburgicum, à Tutelâ & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

V. Argumentum.

Ius alicui, legibus publicis, vi Sanguinis, & Primogenituræ, adquiſitum: non poteſt eidem invito, teſtamento eripi.

Nam id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro, ad alium transferri non poteſt: & quod quis beneficium à lege, jure Sanguinis & Primogenituræ, habet: eidem diſpoſitione teſtatoris adimi adeò nō poteſt: ut, quod in fortioribus terminis annotatum eſt, ne ſummus quidem Princeps, jus Fideicommiſſi, Majoratus, & Primogenituræ, in necem alterius, evertere queat.

Porrò Proximiori & Seniori Adgnato, jus Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis, Conſtitutione

tutione Bullarum Cæſarearum, vi Sanguinis, & Primogenituræ, adquiritur.

Quia 1. *Bullæ Cæſareæ* Proximioris & Senioris Conſanguinei *appellatione, jus Sanguinis & Primogenituræ inferente, expreſſè utuntur:* (2.) *& huic* Proximiori *& Seniori Conſanguineo* Ius, Vocem, Dignitatem, ac Poteſtatem Electionis Regis Romani, omniaque & ſingula ab his dependentia, *eo caſu, apertè tribuunt: quo Princeps Elector moriens* heredes maſculos, legitimos, Laicos. defectum ætatis patientes, (*quod in Friderico* I*V. Electore nunc contigit*) *relinquit.* 3. *Atque ut* T*eſtator ipſum Electoratū, quem Legis beneficio habet, & qui munus Legis eſt, ita Jurium Electoratui connexorum exercitium, pro arbitrio transferendi poteſtatem non obtinet: cùm paria ſint, de Electoratu, & de Juribus, ſine quibus Electoratus eſſe non poteſt, diſponere.* 4. *Liquet hoc etiam magis ex longè clariſſimâ illâ Jurium Primogenituræ, in utraque, & Succeſſione, & Tutelâ Electorali, ab* I*mperatore Carolo IV. ejusque Filio Sigismundo, unanimiter ſancitorū, inſeparabili Connexione: nō tantùm ad hoc: ut eodem jure Proximior & Senior*

 Adgna-

Adgnatus Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem gerat: quo jure Primogenitus Electoralis ſuccedit in Electoratu: verùm etiam, ut Proximioris & Senioris Adgnati perſona, ad Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem à lege vocata, Conditionem & Modum injiciat Succeßioni Electorali: per verba : eâ tamen cõditione & modo: *& per verba*: taliter, videlicet. *5. Quod Sigismundus Imperator aliquantò etiam clarius reddidit, duarum vocum adjectione: cùm ait* : Si aliquem ex eis, (Electoribus) modo præmiſſo, ab hac luce migrare contigerit: extunc ſenior frater *&c.* modo, *inquit*, præmiſſo: *quem, ſcilicet, in Succeßione Electorali, per Proximos heredes Laicos, in lineâ Paternâ, procedere, paullò antè conſtituerat: luculenter ſignificans: quòd par Sanguinis & Primogenituræ jus, modum, & ordinem, & in Succeßione, & in Tutelâ Electorali, perpetuò valere & vigere velit. 6. Et ſanè magno, gravißimoque conſilio, ab univerſo Imperio, ſola Proximioris & Senioris Adgnati perſona, ex omnibus electa eſt: tum, quòd longè plurimum interſit: cui tanta Poteſtatis & Dignitatis Electoralis in Imperio uſus & exercitiũ, in Ele-*

Electione Regis Romani, in Vicariatu Imperii, tempore Interregni,& eminentiſſimis juribus aliis, concredatur:tùm, quòd nullus fidelior fore Tutor & Adminiſtrator judicatus ſit:quàm, qui in rem quodammodò propriam datus, & Sanguine, & Succedendi ſpe, Pupillis quàm proximè conjungitur.

Ergo hoc Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis jus, Proximiori & Seniori Adgnato invito, teſtamento eripi non poteſt.

Ac proindè evincitur: Palatinum Neuburgicum,à Tutelâ & Adminiſtratione Electorali Palatinâ,teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,)contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas,nulliter fuiſſe excluſum.

VI. Argumentum.

Si in Tutela & Adminiſtratione Electorali Proximioris & Senioris Adgnati perſona teſtamẽtaria mutationi eſt obnoxia: ſimul etiam reliqua,in Bulla Aurea Caroli IV. tit.7. *& in Declaratione Sigismundeâ, ſancita jura, nempè, de Primogeniturâ,& Primogeniti Electoralis Laici in Electoratu Succeſſione, ejusdemque Ætate octodecim an-*

norum completorum, ad Electoratum *ſuſcipiendũ & gubernandum legitimâ & idoneâ, teſtantium arbitriis ſubjiciuntur.*

Quandoquidem jura iſta ſimul omnia, ſub ejusdem Edicti prohibitivi, pœnalis, irritantis, & derogatorii, perpetuis temporibus, & ſine innovatione, valituri, connexâ & indiviſibili diſpoſitione, immediatè continentur: Succeſſio inſuper Electoralis, ad Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem, arctiſſimo Conditionis ac Modi *nexu, adſtringitur: uti monſtratum jam ſæpiùs. Qualitèr Connexorum una eſt, eademque ratio, natura, proportio: ut, quod in uno valet, vi ejusdem Connexionis, etiam valere in cæteris, & de omnibus idem jus ſtatui, debeat.*

Verùm, quæ in Bulla Caroli I V. tit. 7. *& in Declaratione Sigiſmundeâ, de jure (1.)* Primogenituræ: *(2.) de Primogeniti* Electoralis *Laici in Electoratu Succeſſione: (3.) de ejusdem Ætate octodecim annorum completorum, ad Electoratũ ſuſcipiendum, & gubernandum legitimâ & idoneâ, ſancita ſunt: non ſubjiciuntur teſtantium arbitriis.*

Et I. *quidem de jure* Primogenituræ, *quamdiu, videlicet, Primogenitus Electoralis Laicus manet, id patet (1.) quia* Primogenitus Electoralis *hoc jus*

Pri-

Primogenituræ non à Patre, nec jure Communi, ſed Lege ſingulari, novâ, publicâ, quæſitum habet: (2.) quod adeò firmum eſt: ut ſemel adquiſitum, ne ab Imperatore quidem, auferri poſſit. (3.) Quare etiam Fridericus, Burggravius Noribergenſis, qui primus Septemviri & Marchionis Brandenburgenſis nomen in ſuam Familiam, ſub Sigismundo Imp. intulit, Electoratum Secundogenito filio Friderico aſſignaturus: non priùs id licere, rectè judicavit: quàm Primogenitus filius Johannes, propterea cõpellatus, jure iſto ſuo ultrò cõceſſiſſet, atteſtãtibus Hiſtoricis. (4.) Hinc Andr. Gail. autor graviſſimus, 2. obſ. 153. n. 2. *verè ſcribit*: Divũ Imp. Carolũ IV. Electoralem dignitatẽ voluiſſe eſſe individuam: & jus Primogenituræ in ea locũ habere.

II. *Par omninò & Succeſſionis in Electoratu eſt ratio: (1.) quippè, quæ ad Primogenitum Electoralem, immutabili Primogenituræ & Majoratus, nõ tam naturali, quàm poſitivo, Publico, jure, devolvitur: unde nec eo ordine, qui teſtatori fortè placuerit, ſed quem lex Imperii deſignavit, procedit: (2.) quæ & Primogenito Electorali, nõ tantũ in caſu non exiſtentiũ liberorũ, ſed etiã,* ſi is mẽte forſitã captus, fatuus, vel quo alio famoſo & notabili defectu laboret, quo reddatur

ad

ad gubernationem inutilis: Secundogenitum in eadem primogenie, ſeu alium Seniorem Fratrem, vel etiam Consanguineum Laicum, Paterno Stipiti, in deſcendenti lineâ rectâ, Proximiorem, ſuccedere *vult*: *ut* præter titulum 7. etiam 24. tit. *Aur. Bull. Carol. & Sigismundi* Imp. *declarat. diſertè diſponunt*: (*3*) *perindè atque in aliis communiter Feudis ex Pacto & Providentiâ, contra tenorem inveſtituræ, propriâ autoritate, diſponendi licentia Vaſallo eſt interdicta*. (*4*) *Ex quo Cothomannus* conſ. 43. n. 7. *cum Alb. Crantzio exclamat*: Equidem ædes, agros, vineas, & his ſimilia, teſtamento dari audivimus: Regnum autem præſtare chartæ beneficiò, prodigii loco habitum eſt.

III. *Quid verò de Ætate Succeſſoris Electoralis? num fortè illa produci vel conſtringi teſtamento poßit? quod non videtur*: (*1.*) *ob expreſſam hujus Ætatis in Bullis Cæſareis definitionem*: Legitimam ætatem, *inquit Carolus IV.* in Principe Electore decem & octo annos Completos cenſeri volumus & perpetuò haberi. Ætatem debitam, *inquit*

quit Sigismundus, in caſu Eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum, decem & octo annorum cenſeri volumus, & haberi: (2.) *& quia Primogenitus Electoralis ante id ætatis ibidem, reſpectu Electoratus, vocatur* Pupillus, *qui habeat* Tutorem: (3.) *quam & ob cauſam eidem graviſsima Electoratus negotia imponenda non ſunt:* (4) *nec S.Rom. Imperio, ante requiſitam lege Publicâ ætatem completam, quiſquam obtrudendus:* (5.) *Collegioque Septemvirali Electorio, etiam quà ætatis, quà judicii maturitate, ſolidæ baſes ſupponendæ.*

Firmiſsimum hinc exſtruitur Conſequens: *nec Proximioris & Senioris Adgnati perſonam, in Tutelâ & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamentariæ mutationi obnoxiam eſſe:*

Ac proindè, Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

VII. Argumentum.

P*rincipes Electores Seculares aliud* *Tutelæ ge-*

 nus

nus, quàm in Bullis Cæſareis, omnibus ſuis requiſitis formalibus, præſcriptum & ſancitum exſtat, teſtamento uſurpaturi: aut ſecundum jus Commune Juſtinianéum, aut ſecundum jus aliquod Aliud, teſtabuntur.

At neutro horum Jurium teſtari poterunt.

Nam qui ſecundum jus Commune Juſtinianéum teſtari de tutela poſſunt: ii, indifferenter, non tãtùm Patresfam. & Filiosfam. ſed & Servos, tàm proprios, quàm alienos, non tantùm Ciues, ſed & Exteros & Peregrinos, nec tantùm Maſculos, ſed & Fœminas, eosque omnes, nõ tantùm Purè, ſed & ſub Conditione, ad certum tempus, & ex certo tempore, dare tutores poſſunt: tot. tit. Inſtit. Qui teſtam. tutor. dari poſſ. & tot. tit. D. & C. de teſtam. tut. & ib. D. D.

Widerleg. §. das ſolchem nach &ſeqq. f. 59 Defenſ. §. ſubjic üt. & ſeqq. f. 26. § nec Electorales. f. 51. Freher. de tut. Elect. f. 18. &ſeqq. Gothof. de tut. Elect. li. 3. refut. 2. fo. 75.

Atqui enumerata omnia, in Imperio Romano Germanico, à Principibus Electoribus, in tutoribus teſtamento dandis, indifferenter fieri poſſe: ipſis Adverſariis atteſtantibus, eſt longè abſurdiſſimũ.

Hoc namq; pacto 1. Proximiori & Seniori Adgnato, ſuum, Lege Publicâ, purè, & ſine conditione, conſenſu Electorum, quorum interfuit, attributum, competensque Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis jus, contra ipſius voluntatem, præterq; meritum,

ritum, eriperetur: 2. patriæque poteſtatis fines ſupra S.Rom.Imperium protenderetur: 3. cui & invito obtruderetur talis: quem Bullæ Cæſareæ ignorãt: excluſo eo: cujus perſona & induſtria ab univerſo Imperio ſpecialiter eſt electa: 4. numerus Septemvirorum in Collegio Electorali multis modis augeretur: quem leges Imperii ſemper eundem eſſe voluerunt: ſubſtituentes, per bellâ proportione, unico Succeſſori Electorali minorenni, Tutorem & Adminiſtratorem duntaxat unicum: Primogenito, nẽpè, Electorali, Proximiorem & Seniorem ejusdem Adgnatum: 5. cum ſummâ Collegii Electoralis totiusque Imperii perturbatione, & periculo, Tutela & Adminiſtratio Electoralis, infinitis Diſputationum turbis, quæ circa Diſpoſitiones Teſtamentarias Juſtinianéas oriri conſueverunt, involveretur: quam tamen, jure cujuslibet dilucidè declarato, perſonâque Tutoris & Adminiſtratoris Electoralis ſpeciatim electâ, Bullarum Conſtitutiones eſſe ſemper certiſſimam ſtuduerunt: 6. in laudatiſſimum Senatum Septemviralẽ introducerentur, & conſultationibus de Repub. Imperiiq́; arcanis adhiberẽtur homines, Imperatoriæ Majeſtati, aut Imperio, nec natione, nec jurisdictione, addicti: 7 ut taceã:

 quòd

quòd S. Caſ. Majeſtas coram alio conveniri nolit: quàm ipſa, cum Imperii Proceribus, ſibi judicem elegit, & in Bullâ Carolinâ conſtituit: 8. tandem etiam Fœminæ Collegium Electorale occuparent: ſuâ voce eligerent Regem Romanorum: tempore Interregni, (in Domo quidem Electorali Palatinâ,) in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico, Imperatoris vices gerentes, Juramenta Fidelitatis, loco & nomine S. Rom. Imperii, & alia, ſuſciperent: Imperatoris & Regis Romanorum Judices ſederent: in ſolennibus Imperatorum vel Regum Romanorum Curiis, Electorum in Bulla Aurea Carolinâ deſcripta officia & miniſteria obirent: denique omnia ea facerent: quæ in Comitiis & in Conventibus, Actionibusque Principum aliis, Electores Laici facere Lege Imperii poſſunt.

Quare Principes Electores, ipſis Adverſariis atteſtantibus, ſecundum jus Commune Juſtinianeum de tutela teſtari non poſſunt.

Par eſt juris alicujus Alterius ratio.

Nam aut recentiſſimũ illud eſt, nuperq́ forte latũ: & proferatur: ut, quia hactenus ignotũ fuit, unde, & quale ſit, cognoſcatur: aut eſt, ex Juſtinianéo & Bullarũ Cæſarearũ jure inter ſe permutato, tertium quodam ex utroque compoſitum: & doce-

ant.

ant Adverſarii: quando, & quo autore, illi hanc permutandorum componendorumvé jurium diverſorum poteſtatem acceperint: & in quot, quibusvé cujusque juris partibus, valere eam permutationem & compoſitionem velint: &, ſi in partibus valere duntaxat aliquibus velint: cur in his potiſſimùm, & non in aliis itidem omnibus?

Relinquitur ergo: Principes Electores Seculares, aliud Tutelæ genus, quàm in Bullis Cæſareis omnibus ſuis requiſitis Formalibus præſcriptum ſancitumq́ exſtat, teſtamento uſurpare haudquaquam poſſe.

Ac proindè, Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

VIII. Argumentum.

Communiſſima & concordantiſſima in univerſo Imperio Romano, de Legis Publicæ intellectu, opinio, meritò præfertur: præſertim, quæ Textu Legis & Rationibus eſt confirmata & approbata: tam ab his, qui Legum ferendarum & interpretādarum poteſtatem, vi Magiſtratus, habent: quàm

 à ple-

à plerisque aliis omnibus: quos in media Republ. natos & educatos, inque jure & judiciis verſatiſſimos, Legumque Patriæ callentiſsimos viros Poſteritas olim venerabitur: quibus non ſine gravi contumeliâ illud Mucii objicias: Turpe eſſe Patritio, & Nobili, & cauſas Oranti: jus, in quo verſaretur, ignorare.

Atqui, quòd nullus omninò alius, ullo unquam tẽpore, ullo caſu, Tutor & Adminiſtrator Electoralis eſſe poſsit, aut debeat: quàm Adgnatus Proximior & Senior, in Bullis Cæſareis *deſignatus, eſt cõmuniſsima & concordantiſsima, in univerſo* Imperio *Romano, opinio.*

E*tenim* I. *Ludovico, Electore Palatino, qui teſtamẽto cõdito Fratri ſuo Johãni* C*aſimiro, tres* Prin*cipes alios, nempè, Georgiũ Fridericũ, Marchionẽ Brandẽburgenſem, Ludovicũ, Ducẽ VVirtẽbergicũ, & Ludovicũ, Haſsiæ Landgraviũ, Cõtutores adjũxerat, anno 1583. defuncto: Rudolp. II. Jmp. p. m. anno ſequẽte Ioannẽ* C*aſimirũ, Palatinũ, Regalib. & Privilegiis Palatinatus Electoralis inveſtiturus: licet anteà Ludovici Electoris Palat. teſtamẽtum confirmaverat: tamen per Procancellariũ ſuum D. Vieheuſer, inter alia, ſignificari iuſsit: Hãc inveſtiturã,* vi & diſpoſiti one Aur. Bul. Caroli IV. Imp. *ipſi* (*Johanni* C*aſimiro*) tanquam proxi-

Proximo Pupilli Electoralis Adgnato, *fieri.*

II. *Cumq; inter Proximũ hunc Adgnatũ, & modò dictos Cõtutores teſtamẽtarios, cõtroverſia, ob tutelam, nõ modica eſſet: Auguſtus Saxo, & Iohannes Georgius Brandenburgicus, Electores, ad Ludovicũ, Ducem, VVirtenbergicũ, unũ ex Contutoribus, ſcripſerunt.* Auream quidem Bullã Proximo Adgnato tutelã deferre: ſed durum ſibi videri, ſi hoc ita accipiatur: ac ſi propterea Electoribus, præcipuè quod ditiones hereditarias attinet, Cõtutorũ conſtituendorũ facultas prorſus adẽta ſit: quod tamen ipſum ampliorẽ deliberationẽ & deciſionẽ Electoralis Collegii requirat.

III. *Iohannes quoq; Palatinus Bipontinus, hujus, cũ quo præſens controverſia eſt, Parẽs, literis, anno* 1584. *d.* 22. *Maji, ex Tabernis Montanis, ad Iohannẽ Caſimirũ, Palat. ſcriptis*, Ejus reſponſionem, Legatis triũ Principũ (*qui teſtamẽto Ludovici Electoris Contutores ſcripti fuerant*) datã, ſibi vehementer probari, ſequè teneri oſtẽdit: ne, ſiquis inſuper moleſtus eſſe pergat, ſuâ ei ope deſit.

IV. *Landgravius Haſsiæ, VVilhelmus, in epiſtola* 13. *Januar.* 1584. *ad Ducem VVirtenbergicum, Ludovicum, datâ, cùm inter alia, quibus Johannẽ Caſimirum Palat. in Tutela Electoralis jure, adverſus*

verſus teſtamentum Fratris aſſerendo, niti, ſeſe ex ejusdem Legatis intellexiſſe, ſcribit, etiam Bullam Auream Carolinam *recenſuiſſet*: quæ, ceu pragmatica Sanctio ab omnibus, imprimis verò ab Electoribus, magni fiat: *tandem ipſi Ludovico judicandum relinquit:* an Teſtatoris voluntas, ipſiusque & reliquorum Principum Contutorum pollicitationes, tanti habendæ: ut propterea quicquàm per vim (quod unicum remedium reſtet) ſuſcipere bonâ conſcientia poſſint.

V. *Poſtquam etiam (controverſia iſthæc Tutelaris in Judicium Cameræ Imperialis deducta fuiſſet: tres Principes, quos teſtamento Ludovici Electoris, Johan. Caſimiro Palat. Contutores adjunctos fuiſſe, ſupra diximus, in Refutatione Deductionis Nullitatis, & Gravaminum, in Cauſa* Citationis *& Compulſorialium, contra Johan. Caſimirum Palat. non ſemel ita ſe explicant*: Quòd inſtitutâ eâ actione, ſuum Iohan. Caſimiro Palat. virtute Bullarum Cæſarearum, conſuetudine, teſtamento Paterno, Fraternoque pacto, competens jus, minimè cupiant intervorſum.

VI. *Quid ipſos* Heidelbergenſes *commemorem? qui controverſiâ iſtâ, inter Johan. Caſimirum Palat. & tres Principes Contutores, durante: omnium*

um Iohan. Caſimiri Palat. *Conſiliorum participes: unà cum eodem, in* Epiſtolis, *in Legationibus, in Reſponſionibus, in Scriptis Judicialibus, inprimis verò in celebri illâ, quam vocant,* Reſolutione, *trium Principum Contutorum Legatis 13. April. anno 1584. datâ, hoc ipſum unanimiter defenderunt, ac propugnârunt:* Teſtamentariam, videlicet, Contutorum Adjunctionem, tam eſſe Bullis Cęſareis contrariam: quàm ipſam Proximioris & Senioris Adgnati per Teſtamentum Excluſionem: *Conſiliarii, inquam, Heidelbergenſes præcipui, magno conſenſu & numero, hoc ipſum, voce & calamo, defenderunt ac propugnârunt:* Ioachimus *Comes ab Ortenburg, Chriſtophorus Gotfartus, Mareſcalli: Schenckhius Fridericus à Limburg, magnus Aulæ* Præfectus *: D. Micyllus,* Cancellarius*: D.* Paſtor*, Procancellarius: Hartmannus Hartmanni, ſupremi Judicii Electoralis* Præſes*: D. Chriſtophorus Ehem: D. Reuberus:* Iohan. *Theodoricus VVamboldt: &* Iohan. *Albertus Freiß: VVendelinus Regenſpurgicus, Protonotarius &c.*

VII. *Accedit hiſce omnibus longè pulcerrima plurimorum Ictorum doctiſſimorumque virorum corona: quorum in Germania, cum* Palatino *Neu-*

burgico ſentientium, publicis monumentis conſignata teſtimonia proſtant: quæ ſunt hic tantò graviora: quòd, ante hanc controverſiam motam, extra cauſam & caſum conſtituti, eandem ſententiam illi amplexi, liberèque profeſſi ſunt: (1.) Nicolai Reuſneri J. V. D. & P. P. aulæ Cæſareæ Comitis, & Conſiliarii Saxonici, Conſil. 11. num. 9. 10. 11. *& num. 102. vol. 1. (2.) D. Leopoldi Hackelmanni, Profeſſ. Publ. Illuſtr. quæſtion. diſput. 15. De Tutel. &* Cur. *theſ. 5. (3.) Ortolphi Fomanni, J. V. D. Profeſſ. P. in Synopſi juris Juſtinianei libris 4. Inſtitut. Imperialium comprehenſi: quæ in 36. diſputationes, diſcrepātiam ſimul juris Romani &* Saxonici *continentes, redacta: diſput. 5. de Tutela in genere, &c. quæſt. 2. edition. tertiæ: (4.) Andreæ Gerhardi, J. V. D. in diſputatione, quam ex Aureâ Bullâ Caroli IV. tit. 7. 28. Mart. anno 1607. habuit, theſ. 24. & ſeqq. (5.) Jacobi* Crameri, *diſcept. Juſtin. 5. theſ. 14.* in Academiâ Ienenſi: (*6.*) *D. Johannis Harprechti, Profeſſ.* P. *in* Comment. *de Tutel. ad* §. *Quòd autem lex. Inſtit. de Tutel. fol.* 81. *num.* 4. (*7.*) *D. Henrici Boceri, Profeſſ.* P. *in diſput. de Tutelâ, 14. Theſ. 29. ad lit. b. claſſ. 2.* in Academiâ Tubingenſi: [*8.*] *Chriſtophori* Kalt/ *Spiren-*

venſis, in controverſis thematibus: quæ pro conſequendis in utroque jure Inſignibus ac Privilegiis Doctoralibus publico examini ad diem 20. Julii, anno 1609. ſubmiſit: [9.] *Iohannis Nigerdini, in diſputationibus ſelectis ad Inſtitut. juris Civil. Juſtin. Imp. & poſt* (10.) *à Theodorico* Fuhrtohn, *Herfordenſi, VVeſtphalo, cum conſenſu & authoritate Facultatis Juridicæ, ſecundò editarum libr.* 1. *diſputat. 4. de Tutel. ejusque conſtit. & diſſolv. modis variis, theſ. 3. quæſt. 1.* in Academiâ Gieſſenſi: [11.] *Eliæ Roberi, J. V. D. & Profeſſ. Ordin. in axiomatibus juris controverſi, ſeu diſputationibus Inſtitutionum, diſp. 4. de Tutel. th. 9.* (12.) *Hieremiæ Setſeri, J. V. D. & P. P. in Diſputationibus ad quatuor libr. Inſtitut. diſput. 6. de Tutel. in fin.* (13.) *Joachimi Badii, J. V. D. in Exercitationibus Juſtinianéis, diſput. 5. De jure Tutel. & cur. conſtitut. admin. & diſſolvendæ, theſ. 15.* in Academiâ Francofurtenſi ad Oderam: (14.) *Matthiæ Stephani, Pomerani, J C. Illuſtriſsimi Principis Philippi Julii, Ducis Pomeraniæ, &c. Conſiliarii & Profeſs. P. in tractat. de Juriſdictione libr. ſecundo, part. 1. cap. 5. fol. 317. num. 65.*

& in Exegeſi juris, de legitima Tutelâ, concl. 106. & ſeqq. in Academia GryphisVValdenſi: (15.) *Euerhardi* Bronchorſtii, *J. V. D. & Prof. P. in Quæſtion. teſtamentariis quinquaginta, penult. Decemb. anno 1606. reſpondente Alberto ab Eitzen Hamburg. publicè diſputatis, theſ. 46.* in Academia Lugdunēſi Batavorum. *(16.) Georgii Schönborneri, Sileſ.* Philoſ. *& J. V. D. Conſil. & Cancell. Zollerini,* Politic. *libr. 2. c. 14. (17.) Marquardi Freheri, in orat. 2. quam olim contra Richardum Palatinum, in præſentiâ nuper defuncti Electoris, magnâque frequentiâ & applauſu Aulicorum & Academicorum, publicè recitavit, ac typis divulgavit: (18.) Danielis Nebelii, V. J. D.* Prof. P. *in dubiis themat. diſput. 18. ad them. 4. ſub lit. c.* in Academia Heidelbergenſi: (*19.*) Iohannis *Göddæi, in Comment. de Verb. ſignif. ad l. 120. fol. 858.* (20.) *Hieronymi Treutleri, in Vol. 2. diſput. 8. them. 3. ſub lit. a.* in Academiâ Marpurgenſi: *(21.) Philippi Hænonii, J. V. D, in ſuis quæſtionibus, ſeu Controverſiis juris civilis illuſtribus: quas in Academia Senenſi ad diſputandum propoſuit: & poſtea* in Schola Naſſovicâ *aliquoties diſputando repetiit: quæ & Herbornæ, & quidem tertiùm, excuſæ ſunt: (22.) Andreæ Knichen, in jus Saxonicum, c. 4. fol.*

4.fol.47.(23.)Henrici à Roſenthal,in Tract.Feud. cap.12. concl. 10. fol. 515. num. 19.(24.) Franciſci Hotomanni, in Contr. *de patr. & nepot. ſucceſſ. fol.25.&c.*

Præfertur ergò, & meritò obtinet illa ſententia: quæ Tutelam *& Adminiſtrationem Electoralem, Proximiori & Seniori Adgnato, ullo teſtamento interverti poſſe, negat.*

Ac proindè conſtat: Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, nulliter fuiſſe excluſum.

ALTERA CLASSIS PROBAtionum Palatini Neuburgici, ex Pactis, Gentilitiis deducta.

I. Argumentum.

Pacta, quæ Generali Relatione in Bullis Cæſareis fundantur non omittunt eam Bullarum partem: quæ de Proximiore & Seniore Adgnato, à Tutela & Adminiſtratione Electorali

per teſtamentum non excludendo, agit.

Quia Relatum eſt in Referente, cum omnibus ſuis qualitatibus: & ſub Genere continentur omnes Species.

Quare, cùm Pacta Familiæ Palatinæ, Generali Relatione, in Bullis Cæſareis fundentur: eo ipſo, quòd Principes P*alatini in omnibus iſtis pactis, (quæ antehac typis evulgare veritatis aſſertio coegit,) adſtrictam obſervantiam omnium Jurium &* Pri*vilegiorum, Domui* P*alatinæ, tam* Caroli*nâ, quàm Sigismundéis Bullis, tributorum, ſeſe reciprocâ ſponſione adſtrinxerunt: uti conſtat ex his, quæ mox recitabuntur:*

Conſequens eſt: nec eam Bullarum partem hìc eſſe omiſſam: quæ de Pro*ximiore & Seniore Adgnato, à* T*utela & Adminiſtratione Electorali per teſtamentum non excludendo, agit.*

Ac proindè conſtat: P*alatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra* P*acta conventa, nulliter fuiſſe excluſum.*

II. Ar-

II. Argumentum.

Qui Familiæ ſuæ decus, à Majoribus acceptum, Bullarum Cæſarearum Sanctionibus incorruptè obſervatis, Generatim adſcribunt: & ad hoc Familiæ ſuæ decus illæſum porrò ad Poſteros propagandum, de iisdem Bullis etiam poſthàc incorruptè obſervãdis Generatim paciſcuntur: hi ſimul ad eam ſeſe obligant Bullarum haud poſtremam legẽ: quæ de Tutelâ & Adminiſtratione Electorali, Proximiori & Seniori Adgnato per teſtamentum non detrahendâ, ſcripta eſt.

Sanè ex Pactorum Gentilitiorum inſtrumentis perſpicuum eſt: Principes Palatinos Familiæ ſuæ decus, à Majoribus acceptum, Bullarum *Cæſarearum Sanctionibus incorruptè obſervatis, Generatim adſcribere: & ad hoc Familiæ ſuæ decus illæſum porrò ad Poſteros propagandum, de iisdem Bullis etiam poſthàc incorruptè obſervandis, Generatim pactos eſſe.*

Hunc enim illi Pactionum ſuarum ſcopum expreſſè ponunt: cùm in literis Pactorum, anno 1545. ita mentem ſuam declarant: Inter cætera (*inquiunt*) apud animum perpendimus:

quo-

quomodo laudatiſſimū Palatinatum Electoralem, qui ultra hominum memoriam, continuâ ſeriè, à Majoribus noſtris, Comitibus Palatinis Rheni, ad quos illc, jure, æquitate, naturâ, ex Bullæ Aureæ, & aliis Imp. Conſtitutionibus, pertinuit, ſalubri concordiâ hucuſque conſervatus & gubernatus fuit, porrò & nos haud minùs, laudabilibus Majorum veſtigiis, inſtitutis, conſuetudinibus, inſiſtentes, in hac familiâ & lineâ Comitum Palatinorum Rheni, imperturbato ordine, cōtinuaremus: & præcipuè Sereniſſimi quōdam Imp. Sigiſmundi, felicis memoriæ, Regiæ & poſtmodùm Cæſareę Pronunciationes, Statuta, & Decreta, conſilio & conſenſu Electorum Imperii deſuper facta, perpetuis temporibus, rata firmaque perſtarent, ac obſervarētur: ad quorum & obſervantiā, omni ope tuendam, nos obligatos agnoſcimus. *In Pacto, anno 1551. facto, hac verba legun-*

leguntur : Acri conſideratione, prudentique & maturo conſilio, utile comperimus: ad omnium noſtrûm, & Principatuum noſtrorum, Ditionum, & Subditorum , dignitatem , & incrementum : præcipuè ad Succeſſionis in Electoratu Palatino ordinem conſervandum, & ut pace Imperii publicâ tantò ſecuriùs frui queamus: noſtro, & heredum noſtrorum omnium nomine, pactionem anni 1545. renovare, *&c. Et in Pacto convento anno 1553.* Auream Bullam, *inquiunt*, & alias ſalutares & utiles Ordinationes & Proviſiones, ad majorē proſperitatem & incrementum Electoralis Palatinatus Rheni & Bavarię, fideliter & diligenter à nobis obſervari oportere, agnoſcimus. *Et paullò pòſt*: ut ſæpius dictæ Bullæ Aureæ, aliarumque Sanctionum & Ordinationum immutatio & violatio , nec non inter Adgnatos Palatinos animorum ſimul & ditionum ac Subditorum diſtractio-

nes, & exinde ſecuturum decrementũ & ruina antiquiſſimæ domus Palatinæ Electoralis præcaveretur: è contrario verò, ut vigore ejusdem Aureæ Bullæ, Decretorũ, & Cõſtitutionum, & à Majoribus cum laude factarum Diſpoſitionum, & Ordinationum, huic Electorali Palatinatui, unà cum ditionibus & ſubditis, ſua perpetuò conſtaret eminentia, honor, dignitas, & ſalus: &c.

Obligârunt ergo & illi ſeſe ad eam Bullarum nõ poſtremam legem: quæ de Tutela & Adminiſtratione Electorali, Proximiori & Seniori Adgnato: per teſtamentum non detrahendâ, ſcripta eſt.

Ac proindè patet: Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit,) contra Pacta cõventa, nulliter fuiſſe excluſum.

III. Argumentum.

Qui Succeſſionem in Electoratu ad præſcriptum Bullarum Cæſarearum, per ſolos Proximos heredes, & Adgnatos, in certâ lineâ Familiæ, perpetuo & immutabili ordine, fieri paciſcitur: is quoq; Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem, ad earundem Bullarum præſcriptum, ad ſolos Proxi-

mos

Digitized by Google

mos & Seniores heredum Electoralium, minorennium, Adgnatos perpetuo & immutabili ordine, devolvi ſpondet.

Cùm enim 1. Bullæ Cæſareæ, & ſuper iisdem paciſcentes Principes, Proprietatem Jurium Electo*ralium ſuis terminis tam ſollicitè & arctè concluſerint: quis ſentiat, eorundem Vſum & Exercitium illis unquam denegatum, per Tutelam: quibus ipſa Proprietas tantâ curâ perpetuò aſſervata eſt, per Succeſſionem. 2. Cùmprimis, quia Tutela Electoralis in Bullis Cæſareis, ad quas hæc Pacta perpetuò referuntur, non tantùm Succeſſioni Electorali, immediatè, ſub ejusdem tituli vexillo, ſuccenturiatur: 3. verùmetiam, cum eâdem Succeſſione, quaſi quodam Gordio,* Conditionis ac Modi *nodo, indiſſolubiliter connectitur, efficiturq́ Subſtantialis Succeſſionis Electoris Qualitas: uti conſtat ex ſuperiùs deductis. 4. Quod etiã deprehẽditur ex tit. 20. Aureæ Bullæ: in quo expreſſè negatur:* quòd alius Principatũ Electoralẽ habere, & alius jure, voce, dignitate, & Officio Electoris uti, fungi poſſit: *ut, quẽadmodũ jus ſcriptũ eſt regula Factorũ: ita penes quẽ Leges, (adde hîc etiã Pacta,) uſum juris, vocis, dignitatis, & officii Electoris eſſe voluerũt: ad eũdẽ quoq́ ipſa Principatus*

Electoralis Poſſeſsio & Gubernatio devolvatur & pertineat. 5. Idemque ſcopus arguit: quem Principes Palatini in hujusmodi conventione ſibi propoſitum habuiſſe verbis teſtantur: nempe, ut hoc pacto Iura Familiæ ſuæ indiviſa, tantò magis inconcuſſa perſtent, & conſervari poſſint *: quorum haudquaquam poſtremum eſt hoc Tutelæ & Adminiſtrationis jus, Domui Electorali Palatinæ Legibus tributum: cujus perverſio jura ſecum trahere reliqua facillimè poſſit: 6. ſed ad quod avertendum, Principes paciſcentes, Clauſulis efficaciſsimè & ſanctiſsimè Obligatoriis, ſuo & heredum ſuorum nomine, ſe ſe iisdem pœnis etiam ſingulariter adſtrinxerunt: quibus Bullarum Cæſarearum transgreſſores jam pridem adſtricti tenentur: vide ſupr. claſſ. 1. probat. Neuburg. argum.* IV.

Quia ergo Principes Palatini Succeſsionem in Electoratu, ad præſcriptum Bullarum Cæſarearũ, per ſolos Proximos heredes, & Adgnatos, in hac lineâ Familiæ Palatinæ, perpetuo & immutabili ordine, fieri, pacti ſunt:

Cùm, videlicet, ad Familiæ ſuæ conſervationem pertinere aſſerunt: & hoc ipſum etiam paciſcendo agunt

agunt: ut Bulla Aurea Caroli IV. & præcipuè Sigismundi Imp. Conſtitutio, ſarta tecta cuſtodiatur: quæ inter alia, (*inquiunt*) eò directa eſt: quomodo jus, vox, dignitas & poteſtas Eligendi Romanorum Regem, promovendum in Imperatorem, & Officium Archidapiferiæ, cum omnibus & ſingulis Dominiis, Honoribus, Iuribus, Privilegiis, Dignitatibus, & Pertinentiis, perpetuis temporibus, in hac noſtrâ lineâ Palatinorum Rheni, & inter noſtros heredes, per veram Paternalem lineam deſcendentes, Succeſſione hereditariâ, & paternali, ex ordine genituræ, devolvatur & continuetur: ad hęc, quòd Electoratus, & Officiũ Archidapiferiæ, & uterque Principatus ad Rhenum, & in Bavaria, quos Electores Palatini hucusquè tenuerũt, & poſſederunt, à ſe invicem ſeparari, & alterum abſque altero eſſe, nunquã debeat aut poſſit. *Quibus conſonat & hæc ipſorum Pactio:* Sanctè promittimus: quòd

 & nos,

& nos, & omnes heredes noſtri, ac poſteri, in hac Comitum Palatinorũ Rheni, à Rudolpho, & poſtmodùm à Rege Ruperto, deſcendentium, lineâ, quamdiu eam in terris vigere Divina providẽtia permiſerit, Palatinatum Electoralem Rheni & Bavariæ, cùm Ditionibus, Subditis, Archidapiferiâ, Vicariatu, & aliis ad ipſum pertinẽtibus, & ab ipſo dependentibus juribus, Dignitatibus, Privilegiis, & Prerogativis, eodẽ planè, quo à Majoribus noſtris ille trãsmiſſus, ad me Fridericum, Electorem Palatinum, continuato Succeſſionis ordine, pervenit: porrò quoque cõjunctim & indiviſim, abſque ulla diſtractione & ſeparatione, in hac ipſa noſtrâ lineâ, juxta præſcriptum ſæpius allegatę Aureæ Bullæ, Cæſarumque, & Principum Decreta, Sanctiones, & Statuta, perpetuâ Succeſſionis ſerie, ad Proximos Conſanguineos heredes, ſecundum Ordinẽ Genituræ, devolvẽdum, & ab his adquirẽdum, poſſidẽdum, &

gubernandum, perpetuis temporibus, habere & retinere, & quòd planè quicquam horum, in quemquam aliū, præterquā, cui ex noſtris, ejuſq; heredibus, Deo ita diſponente, jure Succeſſionis hereditario, vigore Aureæ Bullæ, Conſtitutionum & Ordinationū, id debebitur, quādiu aliquis Comitū Palatinorū, in hac linea, ſuperſtes extiterit, quocunq; modo, p̄textu, & colore, trāsferri: nūquā concedere debeamus & veſimus:

Firma eſt concluſio: eoſdē Tutelā quoq; & Adminiſtrationē Electoralē, ad earundē Bullarū præſcriptū ad ſolos proximos & Seniores heredū Electoraliū minorenniū Adgnatos, perpetuo & immutabili ordine, devolvi ſpoſpondiſſe:

Ac proindè, Palatinum Neuburgicum, à Tutela & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamento Friderici Electoris, (ſi quod ipſe fecit) cōtra Pacta conventa, nulliter fuiſſe excluſum.

TERTIA CLASSIS PROBATIONVM
Palatini Neuburgici, ab Exemplis & More Majorum deſumta.

Si, quoties, tā ante, quā poſt Bullas Cæſareas (Carolinam & Sigismundeas) ſancitas, ejusmodi caſus in Familia Palatinâ Electorali incidit: Tutela & Adminiſtratio Electoralis in Proximioris

& Senioris Adgnati perſonâ perpetuò conſtitiſſe, nec eidem invito, ullo teſtamento detrahi, aut aliquâ ſaltem parte imminui potuiſſe, hiſtoriarũ monumentis & experientiâ compertum eſt: ne nunc quidem aliud introduci teſtamento poterit.

Etſi enim pragmatica lex ſemper dicitur eſſe in viridi obſervantiâ & valere: quamvis rarò caſus eveniat: atque adeò, quamvis ſaltem poſt mille annos, (ut DD. loquuntur,) caſus accideret: attamen magna Exemplorum, ſi qua adſint, vis eſt: & legis interpretatio, quæ ab obſervatione colligitur, omnium optima & probatiſsima habetur: præſertim ſi præjudicia, & antiquiſsima, & noviſsima, ſint.

At, quoties, tam ante, quàm poſt Bullas Cæſareas (Carolinam & Sigiſmundeas) ſancitas, ejusmodi caſus in Familia Palatinâ Electorali accidit: Tutela & Adminiſtratio Electoralis in Proximioris & Senioris Adgnati perſonâ perpetuò conſtitiſſe, nec eidem invito, ullo teſtamento detrahi, aut aliquâ ſaltem parte, imminui potuiſſe, hiſtoriarum monumentis, & experientiâ, compertum eſt.

Quod probatur Exemplorum inductione: quorum I. *eſt Friderici* I. *Ludovici* IV. *Electoris Palatini, Fratris: de quo ita Leonhardus* Barholt *de Opercho-*

perchoven, Presbyter diœceſis Ratisponenſis, in Paralipomenis ad Andreæ, Presbyteri Ratisponenſis, Chronicon, de Ducibus Bavariæ, editione Freherianâ fol. 146. Quod Ludovicus ſentiens appropinquare terminum vitæ, deſignaverit Tutores Puero *(Philippo filio)* Archiepiſcopum Moguntinum, & Vdalricum, Comitē de VVirtenberg. Fridericus verò, *inquit idem autor,* Frater Ludovici defuncti, IVRE PROPINQVITATIS onus Tutelæ in ſe voluit transferri: QVOD ET ADMISSVM FVIT. *Iohannes etiam Trithemius Abb. ulteriùs commemorat: quibus Adſtipulatoribus Fridericus Tutelam iſtam, adverſus Fratris diſpoſitionem, obtinuerit: cùm in rebus geſtis Friderici Palat. Elector. de anno Chriſti 1452. fol. 7. ita ſcribit:* Ludovico pio, Comite Palatino Rheni, patre Philippi *(qui 14. Julii anno 1448. natus fuerat)* viam univerſæ carnis *(13. Auguſt. anno* 1449.) ingreſſo: Fridericus Frater, qui erat ſine uxore, conſenſu Procerum Curiæ Palatinatus, autoritate quoque & confirmatione ſedis Apoſtolicæ, Tutor infantis Philippi conſtitutus eſt. *Et iterum in Chronic. Sponhaimenſi fol. 367.* Hoc, *inquit,* anno, (MCCCCLII.) qui fuit Conradi Abbatis noſtri VII. Fridericus, Comes Pala-

K tinus

tinus Rheni, & Dux Bavariæ, Frater Ludovici pii, (de quo ſupra diximus) idib. Ian. h. e. in octavâ Epiphaniæ Domini, conſenſu omnium Procerum & Comitũ Palatinatus, autoritate quoque Apoſtolicâ, & confirmatione, aſſumtus eſt in Tutorem & Gubernatorem.

Alterum exemplum, anno 1583. noſtrâ adhuc memoriâ accidit. Nam poſtquàm Ludovicus V. Elector, tres Principes Germanos, nempè, Georgium Fridericum, Marchionem Brandenburgenſem, Ludovicum, Ducem VVirttenbergicum, & Ludovicum item, Haſsiæ Landgravium, Fratri ſuo ſuperſtiti unico, Johanni Caſimiro, Palatino, Contutores Filii ſui Friderici (Electoris proximè defuncti) condito teſtamento, adjunxiſſet: eam Adjunctionem Contutelarem *Johannes Caſimirus, cum totâ Heidelbergicâ Aulâ,* tam eſſe Bullis Cæſareis contrariam, *demonſtrârunt*, quàm ipſam Proximi Adgnati omnimodam Excluſionem. *Cujus teſtimonium luculentiſsimũ præbet, non tantùm ipſa rei geſtæ evidentia & eventus, Johanne, nimirùm, Caſimiro, Palatino, Contutoribus Teſtamentariis excluſis, Tutelam & Adminiſtrationem ſolo gerente: Regalibusque Electoratus à Cæſareâ Majeſtate inveſtito: & ad omnes actus Electorales*

rales admiſſo:ſed præcipuè illud triũ Principũ Contutorum Legatis 13. April. anno 1584. datũ reſponſum: quam Reſolutionem Caſimirianam *vocamus: quæ, ne cuiquã eſſe ignota poſſet, ſuperiori proximo tempore aliquoties revocata ſub prælũ, divulgataque fuit: ad quã provocâſſe nunc ſufficiat.*

Tertium exemplum, in annum Chriſti 1319. atque ita tempora Auream Bullam Carolinã *antegreſſa, incidit: cùm Ludovicus Bavarus Imperator, ſuorum ex Fratre Rudolpho 1. Electore, Palatino, trium nepotũ, Adolphi, Rudolphi, & Ruperti, Tutelam & Adminiſtrationẽ geſſit: ad quam certè admiſſus à Fratre nequaquam fuiſſet: ſi id effici ullo teſtamento potuiſſet: utpotè, quem, propter votũ Friderico Auſtriaco in Electione Imperatoris datum, Ludovicus, Electoratu, omnibusque ditionibus expulſum, tandem in exilio mori coëgit.*

Atque his enumeratis exemplum diſſimile nullum reperiri poteſt.

Quæ cùm ita ſint: ne nunc quidem aliud introduci teſtamento poterit.

Ac proindè manifeſtũ eſt: Palatinũ Neuburgicũ, à Tutelâ & Adminiſtratione Electorali Palatinâ, teſtamẽto Friderici *Electoris, (ſi quod ipſe fecit) cõtra exẽpla moreq́; Majorũ, nulliter fuiſſe excluſum.*

D. BIPONTINI ET HEIDELbergenſium *Probationes, cum Reſponſionibus Neuburgicorum.*

Triplex hic eſſe Palatin. Bipontini & Heidelbergenſium inſtitutum, ex ipſorum ſcriptis liquet. Nam primò probare in Genere Rationibus contendunt: licuiſſe Friderico IV. Electori alium quàm Proximiorem & Seniorem Adgnatum, Liberorum ſuorum Tutorem, Electoratusque Adminiſtratorem, teſtamento conſtituere: Deinde in Specie Cauſas allegant, Palatini Neuburgici ab hac Tutelà & Adminiſtratione excluſionis: Denique Electoratus occupati factum excuſant & defendunt.

RATIONES, QVIBVS BIpontinus *Palat. & Heidelbergenſes in Genere probare contendunt: licuiſſe Friderico IV. Electori alium, quàm Proximiorem & Seniorem Adgnatum, Liberorum ſuorum Tutorem Electoratusque Adminiſtratorem, teſtamento conſtituere: cum earundem Refutatione.*

I. Argu-

Digitized by Google

I. *Argumentum.*

Quod infimæ etiam ſortis & claſſis parentibus, præterquam iis, qui legibus infames & inteſtabiles eſſe juſſi ſunt, jure Divino, naturæ, gentium, & civili, eſt conceſſum: non poteſt Principi Electori, citra barbaram inhumanitatem, & iniquitatem, citraque fœdiſſimam injuriæ notam, denegari.

Iàm verò facultas libera teſtandi de tutelâ, educatione, & cuſtodiâ, chariſſimorum liberorum, etiam infimæ ſortis & claſſis parentibus, præterquàm iis, qui legibus infames & inteſtabiles eſſe juſſi ſunt, jure Divino, naturæ, gentiũ, & civili eſt conceſſa.

Quod probatur 1. Timoth. 5. v. 8. Iohann. 19. v. 26. 27. 2. Reg. 20. in init. & ibidẽ Iohan. Vvolfius in Comment. l. verbis 120 D. de V. S. Novell. 22. c. 2. & quamplurimis juris textibus aliis: in quibus de tutelarum ordine, & ſpeciatim de teſtamentariæ tutelæ prærogativâ, æquitate & firmitate, agitur.

Ergò libera illa facultas teſtãdi de tutelâ, educatione, & cuſtodiâ, chariſſimorum liberorum, non poteſt Principi Electori, citra barbarã inhumanita-

Kurtz. Bericht. f. 6. & 10. Widerleg. § gewiſzlich & ſeq. f. 19. § demnach. f. 22. 23. 27. f. 13. 15. Defenſ. § ad petitorium. f. 19 Ableinung. § fürs ander. f 19. & 28. in pr. Freher. de tut. Elect. f. 1. 2. 3. 4. 42. 53. b. & ſeqq. Gothofr. de tut. Elect. lib. 2. adſert. 1 2. 3. 4 5. 6. 7. 8 9. 10. li. 3 refut. 9. f. 64. 65. ref. 11. 5 ſanè ref. 15. 16 lib. 4. repl. 2. libr. 6. repl. 10. 12. fo. 146. 150. 156. 157. 158. repl. 13. in f. repl. 36. ff. 253.

Digitized by Google

manitatem, & iniquitatem, citraque fœdiſſimam injuriæ notam, denegari, &c.

RESP. ET REFVT.

Illud hìc principiò monendum ſemel eſt: Adverſariis in totâ hac diſputatione ferè ſolenne & quaſi Palmarium eſſe: ut jus vetus, Commune, privatũ, Juſtinianeũ, cum jure Imperii Romano-Germanici novo, ſingulari, ac publico, craſſiſſimo errore & Elencho, confundant: & Principes Electores, cũ hominibus paſſim aliis, in eandem juris ſortem, imperité admodùm, ne dicam ignominioſé, conjiciant. Nam privatus qui eſt: agricola fortè aut mercator eſt. Principis Electoris, quia & Princeps, & præterea Elector, publica perſona eſt. Ille agros, ædes, navem, hic Principatus, & Regalia Imperii tenet: ille ſua fortè titulo hereditatis, aut emtionis, hic titulo Feudi, Inveſtituræ, & Conceſſionis Imperialis habet: ille ergo de rebus privatis, & merè propriis, hic de juribus, dignitate, & officio, immediatè publico: ille ſecundum jus Privatorum commune, hic ſecũdum leges Imperii proprias teſtatur. Aut igitur de Tutelis Electoralibus jus in Imperio hodié extare novum, & peculiare, Adverſarii negent: aut ſi quod extare fateri coguntur: ex hoc ipſo ſuũ παράδοξον anté probatum reddant: quàm de notiſſimo & per-

vulgatiſſimo privatarum tutelarum jure, commẽtarios hìc textant & meditentur.

Deinde jus Imperii, de unicâ Tutelæ Electoralis ſpecie, falsò & erroneè opponitur juri Divino, Naturæ, Gentium, & Civili.

I. *Lex enim Divina, in merè Politicis, atq́ adeò in tutelarũ ordinatione Civili, certũ modũ nõ præſcribit Chriſtianæ prudẽtiæ: liberumq́ permitit, ab ipſis immediatè Parẽtibus, an à Rep. paternæ ſollicitudinis vicẽ ſubeunte, liberis ac poſteritati proſpiciatur.*

II. *In quo autẽ honeſtas, æquitas, & ratio Naturalis, gẽtiumvè jus, hic dici læſum poſſit, ne Argus quidẽ perſpexerit. Quando enim S. Rom. Imperium pro ſuæ Reipub. formâ, proque eâ, qua pollet, libertate ac poteſtate, (accedente cumprimis illorumcõſenſu, quorum interfuit) certã regulam & cancellos ſtatuit: quouſq́ in ſummis honoribus, & Regalibus, à ſe immediatè dependentibus, verſari aliquẽ velit: quando etiam Feudis ex Pacto & Providẽtià, quando Fideicommiſſis, familiæ & adgnationi annexis, quando Statutis municipalibus, quando Conventionibus, & Pactis inter Principes, & perſonas Illuſtres alias, ultima teſtantium vota ad civilem rationem inflectuntur & coanguſtantur: quando liberis emancipatis Pater, quando Ma-*

ter regulariter ſuis omninò liberis, dare teſtamento tutorem legibus prohibentur: propterea né quidquam in jus Naturæ, Gentiumvè committitur? Chariſſima Electorum Pignora indefenſa incurataque putabuntur? pro quorum ſalute Majorum provida cura, antequam illi naſcerentur, vigilavit: ipſaque adhuc Reſpubl. fideliſſima Mater, & ſeveriſſima Inſpectrix, quotidiè excubat: Tutorem ipſis & defenſorem legibus decernens Proximum Conſanguineum? Sed neq; ita omni teſtandi facultate Electores contra naturam hìc exſuuntur, ſpoliāturque: quando ſecundum leges Imperii, de tutelâ Electorali ſcriptas, æquiſſimâ & apud gentes uſitatiſſimâ ratione, teſtari ipſis permitttitur. Ius Civile eſt: (*inquit magnus JCtus*) quod neque in totum à Naturali, vel Gentium jure, recedit: nec per omnia ei ſervit.

Vlpianus in l. 6. D. de Iuſtit. & jur.

III. *Ipſa vero cujuslibet Reipubl. & Politiæ jura Propria & Specialia quod attinet: novum non eſt, nec inſolitum: poſterioribus legibus priores reformari, ſæpè etiam tolli: præſertim, cùm Statu mutato publico, nova Imperii forma novis legibus conſtituitur, & ſancitur. Aut minorem hodiè Imperatoris & Imperii eſſe vim, & autoritatem, dicemus: quàm olim Populi Romani, Primorumque Imperato-*

ratorum, & liberarum omnibus ſeculis Rerumpub. in jure ſuo, ipſum inprimis Statum Politiæ publicũ concernente, pro re natâ, proque neceſſitate urgente, liberé rogãdo, obrogãdo, derogãdo, abrogãdoq; fuit?

Juri itaq; tam Divino, quàm Humano, conſentanea eſt unica illa, quam defendimus, Tutelæ Electoralis in Bullis Cæſareis expreſſa ſpecies: ſimulq; in vetos abit: quicquid Adverſarii, de abjectâ, miſerâ, ſervili, & infami Electorũ cõditione, ſi lex iſthæc Bullarũ locũ habeat, invidiæ cõflandæ cauſâ, declamitãt: quin potius ipſi viderint: quã probè & rectè S. Rom. Imp. Sanctiones, prudenter olim factas, & hactenus ſanctè cuſtoditas, barbaræ inhumanitatis, & iniquitatis, publico probro, inſimulẽt & traducãt: & ſub blando fucatæ libertatis nomine ſuum Imperio jus ereptum, aut ſaltem labefactatũ, eant.

II. Argumentum.

Quod in Bullis Cæſareis non eſt expreſſè, ſpecialiter, & nominatim correctum, abrogatum, & prohibitum, legibus XII. tabb. cenſetur eſſe relictum, atque adeò Principibus Electoribus permiſſum.

Illa, nãque legũ & Cõſtitutionũ interpretatio, ex quâ correctio juris veteris inducitur, nulla eſt: nec per ſenſus tacitos, ſubauditosq; correctio in- duci

Widerleg. §. Nun iſt aber f. 25. 26. Defenſ. §. fatentur. f. 25. Ableinung §. dan erſtlich. f. 16. §. das aber. f. 25. §. Sonſten. f. 40. 41. Freher. de tut. Elect. f. 5. 6. 7. 8. & §. quin poterat f. 13. 14. & ſeqq Gothofr. de tut. El. l. 5. refut. 14. l. 6. repl. 19. f. 197 & repl. 20. cũ ſeq. & f. 208.

duci poteſt, vel debet: ſed, quãvis generaliter lex concepta ſit: tamen non admittitur interpretatio extenſiva ad caſum in lege non ſpecificatum: quoties ex ea ſequitur veteris juris correctio: ne quidem ex identitate rationis: præſertim in ambitioſis, odioſis, prohibitoriis, & magnum præjudicium ſecum trahentibus, &c.

Teſtamentaria tutela juris commũnis, in Bullis Cæſareis, non eſt expreſsè, ſpecialiter, & nominatim correcta, abrogata, prohibita.

Ergo teſtamentaria tutela juris communis legibus XII. tabb. hîc cenſetur eſſe relicta, atque adeò Principibus Electoribus permiſſa.

RESP. ET REFVT.

Imò verò, etiam in Correctoriis juris communis, odioſis, & magnum præjudicium ſecum trahentibus, ſatis expreſsè, ſpecialiter, & nominatim, quid abrogatum & prohibitum eſt: quando rationibus & conjecturis urgentibus conſtat: Legislatores à diſpoſitione juris communis diſcedere voluiſſe: adeò, ut Statuta, etiam in exorbitantibus & pœnalibus, ex ratione & mente Statuentium, ſaltem cõjecturatâ, contra jus commune, contraque ipſa verba, extendantur.

Sic

Digitized by Google

Sic 1. Correctâ ratione legis, ipſa quoque lex correcta dicenda: quamvis nulla correctionis mentio facta ſit: eò, quòd ratio legis ſit ejusdem anima: 2. maximè, cùm ratio legis eſt generalis, & æqualiter locum habet in ſpeciebus ſingulis: & tùm etiam in exorbitantibus & correctoriis non rectè dicitur fieri à caſu ad caſum, & à perſona ad perſonam extēſio: ſed utriusque ſub eadem diſpoſitione comprehēſio: 3. cùmque Sanctio, juris quidem communis correctoria, atq; hactenus odioſa, alia ſui parte, & quidem principaliter, favorem immediatè Publicum continet: qui ſemper anteferendus privato: ob quē etiam multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur: 4. eundemq; favorem Legislatores, tanquā finalem diſpoſitionis cauſam, diſertis verbis exprimunt: 5. ne aliàs effectus unius cauſâ introducta, cōtrarium agant: & quod favoris cauſâ comparatū eſt, odium afferat: & cùm augere quis putat, diminutio conſequatur: 6. & ne lex videatur non proſpexiſſe caſui, qui magis frequenter accidit, magisque eſt dubius & periculoſus. 7. Quin in cauſa etiam odioſa, id ſatis expreſſum eſt: quod verbis generalibus Conſtitutionis clarè poſitis, comprehenditur: idem enim operatur natura & proprietas generalis ſermonis, ac ſi caſus ſinguli fuiſſent expreſſi:

 8. præ-

8.præſertim, ſi generalia verba ſint ad omnia Specialia complectenda, idonea: 9. & expreſſa aliàs forent ſuperflua, inefficacia, & fruſtrà poſita: 10. idque eò ampliùs: quando in lege omnis univerſim contraventio primò prohibetur, & deindè pœna ſtatuitur: nam, quod tùm contrà fit, eſt ipſo jure nullũ: nec aliâ derogatione opus eſt. Annon igitur ſufficientiſſimè expreſſum ſit: quod neceſſariò ſequitur ex his, quæ ſunt expreſſa? vid. Dec. conſ. 283. n. 2. conſ. 344. n. 1. & 2. conſ. 372 n. 7. & 8. conſ. 617. n. 6. & 7. Socin. Iun. cõſ. 65. n. 20. & ſeqq. vol. 1. Decian. conſ. 17. n. 16. & ſeqq. vol. 1. conſ. 43. & 46. n. 116. & ſeqq. vol. 2. Bero. conſ. 84. n. 49. & conſ. 16. & 83. n. 21. & ſeqq. conſ. 91. vol. 3. Menoch. conſ. 4. & 5. vol. 1. conſ. 235. vol. 3. cum ibid. paſſ. alleg. conſentientibus quàmplurimis.

Quæ omnia, tam ex verbis, quàm mente legis, hîc ſunt longè evidentiſſima. 1. Ratio enim legis, quâ Legislatores & cauſam finalem hîc complectuntur, nempè, amputatio, & eradicatio omnium dubiorum, errorum, ſcandalorum, & diſſenſionum, quæ, cum ſummo totius Reipub. periculo, ſuper voce, poteſtate, ac dignitate eligendi Regem Romanũ, aliisq; ab his dependentibus juribus, oriri ullo modo poſſunt,

poſſunt, quonam pacto ſuum in Tutelis Electoralibus ſortiri effectum, tam ſeriò quæſitum, queat: ſi teſtamentariarum diſputationum turbis juris Juſtinéi, tantum in Imperio faſtigium adhuc ſit expoſitum? aut privatam teſtamentorum libertatem, publico univerſorum diſcrimine, & detrimento, lucrari, fas & æquum? 2. Et, ſi Legislatorum in Bullis propoſitum erat, liberâ teſtandi facultate in jure communi relictâ, de ſolo inteſtati caſu legem figere: cur ergò, eâdem generali locutione, utrumque, & teſtati & inteſtati caſum, ſimul concludentes: Seniorem & Proximiorem Adgnatum extunc eſſe Tutorem indiſtinctè jubent: quando Principem Electorem mori, & heredes maſculos, legitimos, Laicos, defectum ætatis patientes, relinquere contingit? *Nō hîc fortè dormitâſſe, imprudentiùsque, & minùs commodè locutos, aut verborum intellectum non habuiſſe, ſapientiſſimos Legislatores, arbitrandum eſt. 3. Nec alio fine Legislatores, à Tutelâ Electorali, Succeſſionem in Electoratu, admodùm conſpicuo* Conditionis ac Modi *nexu ſuſpendunt: quàm, quòd omnem teſtamentariam diſpoſitionem, à præſcripto Bullarum exorbitantem; perinde in Tutela, atque in Succeſſione Electorali, penitus velint eliminatam. 4.*

Non conſtitutum eſt, repetere hic omnia: quæ in hanc ſententiam, in Neuburgicorum argumentis, ſuperiùs dicta ſunt prolixè & ſolidè: cùm unicum illud æquo ſatisfacere animo poßit: quando Sigismundus in ſuâ Declaratione, pœnâ indictâ, vetat: ne huic Conſtitutioni Tutelari ullus omninò hominum QVOMODOLIBET *contravenire auſit.5. Et, ſi vera correctio, abrogatio, & prohibitio dici non debet: quantumvis ea infallibilibus conſequentiis & argumentis, ex verbis & mente legis, concludi poßit: quo, quæſo, colore, Adverſarii tot ſua Singularia, quoad tutelam (uti quidē ipſi opinantur) legitimam, noviter, & contra jus commune à Bullarum autoribus introducta, pingēt: ut (quod à Neuburgicis, in teſtamentaria tutelâ juris communis abrogatâ, prohibitaq́ demonſtrandâ, illi exigunt) iiſdē Singularibus jus commune tutelarum legitimarum Juſtinianearū, non per ſenſus tacitos ſubauditosque, non ex mente & conjecturis, non per verba æquipollentia, ſed expreſſè, ſpecialiter, nominatim, directò, propriè, verè, & evidenter, correctum, abrogatumque, & prohibitum, probent, & perſuadeant? Exempli gratiâ: Matris & Aviæ, in Tutelâ Electorali nullas eſſe partes, Adverſarii rectè colligunt. Hoc autem undè conſtabit? Matrem*

Freher. de tut. Elect. f. 18. & ſeqq. ubi XII. Singularia enumerat. Gothofr. lib. 3. refut. 12.

trem & Aviam, quarum in Bulla nulla expreſſa, ſpecialis, & nominata mentio fit; à Tutelis Electoralibus excluſas, & in hoc, multisque aliis, jus commune hîc correctum eſſe, unde, inquam, conſtabit: ſi non tam menti legis, quàm ſyllabarum & verborum apicibus, inſiſtas?

Poſtulatum itaque Adverſariorum plùs, quàm iniquum, eſt: cùm in hac quæſtione, ad ſpecialem & nominatam juris communis abrogationem & prohibitionem probandam, verba legis Feudalis (nullâ ordinatione defuncti hîc valente: *ſeu*, non obſtante teſtamento) *ſibi mõſtrari flagitant. Ergòne libera teſtandi facultas juris communis in Bullis Cæſareis abrogari nõ potuit: niſi hac concepta verborum formula: nihil de ea tollenda locuti Imperatores: quia hoc modo locuti non reperiuntur? Proinde vanum eſt votum, & prodiga vox Marq. Freheri qui: Id ita ſcriptum eſſe, inquit, magno redemtum vellemus. At, ô Frehere, non hîc ſumtu & meraturâ opus eſt, ſed candore & conſtanti â*

Widerleg. § Fürs ander. f. 50 Ablehnung §. vnd zwar. f. 40. vid. etiam Gothofr. lib. 4. repl. 5. f. 28 lib. 6. repl. 12. f. 151. § nec ad rem.

De tutel. Elect. Palat §. at verò. f. 6. & 7.

III. *Argumentum.*

Si Tutelaris Bullarum ſanctio nõ eſt fruſtranea & ocioſa: ſed nihilominùs multa continet nova, & juri communi incognita: quantumvis teſta-

Widerleg. § dan ſolch. f. 39. & ſeq. Defenſ §. Subjiciunt. f.

26. & ſeqq. Gothof. li 3. refut. 12. li. 6. repl. 22.

teſtamentaria tutela juris communis per eandē ſublata non dicatur: imperitè faciunt, qui Conſtitutione Bullarum teſtamentariā tutelam juris communis ſublatam eſſe, contendunt.

Antecedentis veritas probatur. 1. Quia Bullæ Cæſareæ ſolum fratrem Seniorem, nepotem, aut cōſanguineum Proximiorem, jus commune omnes ſimul Adgnatos, qui eodem gradu ſunt, in caſu inteſtati, ad tutelam vocat. 2. Bullæ Cæſareæ legitimam ætatem octodecim, jus cōmune viginti quinque annis, definit. 3. A Bullis Cæſareis legitimus Tutor etiam Curator eſſe compellitur, à jure communi nequaquam. 4. Bullæ Cæſareæ Electorem octodecim annorum ad tutelam & curam ſuorum Fratrum minorennium vocant, quem jus commune non niſi expletis viginti quinque ætatis annis admitteret, &c.

Ergó & conſequens eſt verum: imperitè, ſcilicet, facere eos, qui teſtamentariam tutelam juris communis Conſtitutione Bullarum ſublatam eſſe, contendunt.

RESP. ET REFVT.

At 1. *quid obſtat: ne cum cæteris, quæ Lege tutelari*

lari Bullarum noviter & contra jus commune introducta ſunt, teſtamentaria quoque tutela juris communis abrogata ſit? Non eſt tanta inter hanc & illa contrarietas: ut ſimul unâ eademque abrogari lege non potuerint. 2. Quin potiùs, dum Legislatores tantâ ſollicitudine id egiſſe videmus: ut jus planè novum ac ſingulare, & à Juſtinianéo jure diverſum, introducant: hoc ipſum nobis inter cætera argumento certiſſimo ſit: eos quoque tutelam teſtamentariam juris privati, communis, è Familiis Electoralibus, graviſſimas ob cauſas, voluiſſe penitùs exterminatam. 3. De legum diſpoſitionibus ex ipſa lege, non quid cuique videatur, judicandum. Quare, cùm tam illuſtria ſint, in Lege noſtrâ tutelari, teſtamentariæ tutelæ juris communis abrogatæ, documenta: de quibus aliàs ſatis ſuperque dictũ: meritò eam abrogationem agnoſcimus & veneramur, cæterisque juris communis mutationibus adnumeramus.

IV. *Argumentum.*

SI Proximior & Senior Adgnatus Electoralis nullo unquam teſtamẽto à tutelâ excludi poteſt: ſimplici quadam & abſolutâ legis neceſſitate, is omni caſu tutor eſſe cogitur.

Sed Conſequens eſt falſum. 1. Quia jure communi Adgnati per legis præceptum, diſpoſitionem, & neceſſitatem tutores eſſe, & exiſtere, coguntur: nec ob id tamẽ tutela teſtamentaria ſublata intelligitur. 2. Nam & jus Saxonicum tutelã teſtamentariam nõ ſuſtulit, multò minùs prohibuit: etiamſi idem, quod Bullæ Cæſareæ, de ſolo proximo Adgnato tutore, contra jus commune introduxit: cujus hîc tantò major habẽda ratio: cùm, quòd non minimę partis Nationis Germanicæ illud jus ſit: tum, quòd duo Electores Seculares, Saxonicus & Bradenburgicus, eodẽ comprehendantur. 3. Quia verbũ præceptivũ (*es ſoll / debet*) quo hîc Legislatores utuntur, alibi in iisdem Bullis non ſemper abſolutam neceſſitatem ſignificat: ut, cùm Carolus Imp. circa finẽ Bullæ ſuæ Aureæ, eâdem voce præcipit: ut Electorũ filii vel heredes Succeſſores, præter ſermonẽ Teutonicũ, à ſeptimo ætatis anno, etiã Italicã & Sclavicã, linguas, diſcant. Nã aliàs à centũ, & ampliùs, annis, Elector nullus extitiſſet legitimus; eò, quòd valdè dubiũ ſit: an tanto tempore ullus tot linguis, prę ſertim Sclavicâ, inſtructus ad Electoratũ acceſſerit. 4. Si deniq; Proximior & Senior Adgnatus, ob pœnas Bullis inſertas, neceſſitate

Widerleg. ſ. Das ſ. 57. 58. 59. 60. & ſ. 40. Goldaſt. li. 3. ... 22. ... ſ. 3. Das ... ſ. 39.

qua-

quâdã, nec obſtante teſtamentariâ diſpoſitione cõtrariâ, ad Tutelã Electoralem vocatur: Iohannes, Palatinus, Ruperti Imperatoris filius, huic juri, quod Neuburgici publicã & pragmaticam juratam Imperii ſanctionẽ eſſe contendunt, renunciare non potuiſſet. Ius enim publicum pactis, & ſic renunciationibus, remitti non poteſt.

Widerleg. §. zum andern. f. 95. Defenſ. §. nõ abſimile. & ſeqq. f. 37. Gothof. li. 6. repl. 25.

Ex quibus & Antecedens falſum efficitur: nẽpè, Proximiorẽ & Seniorẽ Adgnatũ Electoralẽ nullo vnquã teſtamento à tutelâ excludi poſſe.

RESP. ET REFVT.

Rationes, quibus Adverſarii probare nituntur, Seniorem & Proximiorem Adgnatum, non ſimplici quâdam & abſolutâ, ſed limitatâ legis neceſſitate, & ſub conditione teſtamentariæ tutelæ deficientis, ad tutelam Electoralem à Bullis Cæſareis vocari, monetæ ſunt prorſus improbæ.

Nam cùm I. jus commune hîc iterum perſtrepunt: pro confeſſo ſumunt, quod ipſum in quæſtione eſt. Quapropter, ne eandem rem toties monere neceſſe ſit, tandem Adverſarii etiam atque etiam meminiſſe velint: Non hîc quæri: quid jus antiquum, commune, Juſtinianeum, de tutelis privatorum conſtituerit: ſed quam Tutelarum

Electoralium rationem jus Bullarum Cæſarearum recens, in Imperio Romano-Germanico, eſſe voluerit. Priſcum & privatum jus tum demum objiciāt: ubi nihil circa Tutelas Electorales aliud ſtatutū jure Imperii novo & publico evicerint.

II. Æquè miſerum diverticulum eſt: quod in jure Saxonico quærităt. Vtrum enim (1.) hîc fieri æquiùs judicamus: ut Tutelarum Electoralium modus, ex jure Saxonico, an ex jure Imperiali Bullarum, petatur & definiatur? Quale, opinamur, mox habituri Imperium eſſemus: ſi, juxta hanc Adverſariorum ſententiā, eius gubernationis forma ad juris Saxonici regulas inſtituenda ſit? (2.) In jure Saxonico, de teſtamentaria, & legitimâ, ſeu dativâ tutelâ, diſtinctæ & expreſſæ ſanctiones extant. Landtrecht l.1. art. 45. in pr. gloſſ. Lehenrecht c.56. in gloſſ. col.2. Weichbildt art. 26. gloſſ. n. 13. 14. & 15. Auguſtus Elect. Sax. part.2. conſtit. anno 1584. *Quæ ſpecies omnes in Bullis Cæſareis ad unicam redactæ ſunt. (3) Imò, quia plures tutelæ ſpecies à jure Saxonico ſunt approbatæ: ideò in terris & ditionibus, ubi jus illud receptū eſt, ſervantur: lex Imperii, quia unicam duntaxat Electoralis Tutelæ ſpeciē expreſſit, eandemque, ſine ullâ ullius modi innovatione, perpetuò, ſervari præcepit: cur non pari devotione & reve-*

reverentiâ humiliter & unicè obſervandam, & tantò quidem magis obſervãdam, duceremus: quò jus Imperii & amplitudine ſuâ univerſalius, & Latorum autoritate venerabilius, & rerum, de quibus diſponit, dignitate magnificentius, & ob publicum Imperii Statum, quem fundat, magis neceſſarium & ſalutare eſt?

III. Præceptiva dictio, (Es ſoll) uti ea allegatur ab Adverſariis, (1.) in paragrapho Bullæ Aureæ, qui de Succeſſorum Electoralium Educatione, & πολυγλωττία ſonat, non reperitur: (2.) et ſi vel maximé ibidem vox iſta legeretur: hujus tamen præceptionis non obſervatæ exemplum ad præſens negotium trahi non poſſit. Nam 1. ratio Sanctionis tutelaris Bullarum etiamnum perdurat: nempè, ut Tutoris & Adminiſtratoris Electoralis perſona ſit omni caſu certiſſima: nec hoc nomine, ullo unquam tempore, controverſiæ, lites, & contentiones exiſtant in Imperio: cùm è contrario lingua Sclavonicæ, ſive Vandalicæ, ſcientia & uſus, hoc Imperii Statu, Electori non ita ſit fortè neceſſarius, atque olim tempore latæ legis fuit. 2. Unde & hæc de lingua Sclavonicâ Conſtitutio, ſi non expreſſo, ſaltem tacito, Imperatorum & Imperii conſenſu, nullo unquam contradicente, in deſuetudinem abiit: quod, ne in Tu-

telis Electoralibus accideret, Proximiorum & Seniorum Adgnatorum vigilantia, omnibus temporibus, ſtudioſè præcavit: quod præter publica Hiſtoriarum monumenta, & Præſens conteſtatur contradictio. 3. Tandem verò etiam Electoribus, cum Carolo V. Imp. eumque ſecutis Imperatoribus, in Capitulationibus, quas vocant, hactenus convenit, decretumque fuit: ne in ſcriptis, negotiisve Imperii, aliæ uſurpentur linguæ: quàm Germanica & Latina: *cujusmodi tutelæ Bullaris, publico voto facta, mutatio, quomodo probabitur? Elogium, quo Electorales Succeſſores, quaſi à centum & ampliùs annis in linguarum ſciētiâ parùm verſatos, Adverſarii hìc exornant, ad modeſtiæ, quin & veritatis, Scholam examinandum ablegatur.*

IV. *De Johanne Palatino, Ludovici Barbati fratre, in Adverſariorum argumento XI. pòſt dicendi occaſio erit: ubi* (1.) *apparet:* S. *Rom.* Imperii *Status eam inter fratres transactionem haudquaquam improbaſſe.* (2.) *Expediti inſuper juris eſt: Quemvis favori, pro ſe introducto, renunciare poſſe:* (3.) *præſertim ſi fraus & dolus omnis abſit:* (4.) *& Reſpubl. nullum ſentire damnum ex tali renunciatione poſſit. Cùm ergò Tutela Electoralis, non ſit tantùm munus oneroſum, dignitatis expers,*

pers, quemadmodum tutelæ juris communis, Juſtinei: ſed præter publicam utilitatem, in tuitione pupillorum Electoralium poſitã, ſimul annexis eximiæ poteſtatis & dignitatis in Imperio ornamentis coruſcet: Proximior & Senior Adgnatus hujuſmodi juri & favori, pro ſe introducto, innoxie, & cumprimis, (ut in exemplo propoſito) cum Reipubl. conſenſu renuncians, nihil legibus advorſum admittere verum eſt.

V. *Argumentum.*

Si libertate teſtamentariæ tutelę, jus publicum conſervatur: ea Electoribus eripi non debet.

Atqui libertate teſtamentariæ tutelæ jus publicum conſervatur.

Nam libertas teſtandi de tutelâ eſt conſentanea. *1.* juri: quod Bulla Aurea tit. 7. *generaliter longè lateq; publicũ, & quaſi per totum Orbem notoriè manifeſtum,* & Conſtitutio Friderici II. *leges per totum Imperium publicandas* vocat: quales ſunt omnes leges in toto Corpore juris: *2.* nec nõ illi, quod ad Statum rei Romanæ ſiue publicæ ſpectare dicitur: cujus pars & iſtud jus eſt: quod de-

Widerleg. f. 13. 21. 47. & ſeqq. Infor. §. les perſonnes Illuſtres. Defenſ. § cũ: que. f. 21. Gothofr. lib. 6. repl. 12. f. 152. §. nec obſtan.

de teſtamentariis tutoribus Illuſtrium *Romanorum,l.1.C.de tut.* Illuſt. ſancitum eſt.

Ergo libertas teſtamentariæ tutelæ Electoribus eripi non debet.

RESP. ET REFUT.

Rurſus Adverſarii l. *à januâ,quod dicitur,aberrant. Non enim hîc ediſſerere oportuit: quid ſecundum jus tutelare commune, antiquum, in certum Corpus à Juſtiniano redactum, ſed, quid ſecundum novum Bullarum Cæſarearum, & Imperii Romano-Germanici fundamentale jus, de teſtamentaria Tutelâ Electorali ſentiẽdũ & ſtatuẽdũ ſit. Tam etiã bardus nullus eſt: qui jura illa, quæ Adverſarii hîc appellant publica, cum Bullarũ Cæſarearum ſanctionibus eodem modo & reſpectu, eſſe jus Publicum, ſibi perſuaderi patiatur: ut, ſi illa per teſtamentariam tutelam Juſtinianeam non violẽtur, hæ quoq; ſalvæ ſint & incolumes. Bullæ namq; Cæſareæ (1.) de Tutela Electorali ſcriptæ, non tantùm ob promulgationem & publicationem, uti leges omnes aliæ, ſunt jus publicum, ſive publicatum: ſed, præter hoc, etiam objecti, publici, nempè Status Politiæ ratione: quem illæ fundant & informant.* (2.)

Dein-

Deinde tutela juris antiqui Juſtinianéi, principaliter privatum, & non niſi in conſequentiam, publicum commodum cōtinet: quo reſpectu & munus Publicum, item munus Civile, & cauſa Publica appellatur: Sanctio verò tutelaris Bullarum Principaliter & Immediatè ipſum Reipubl. Statum concernit.

II. *Tutela quoque Illuſtrium & Clariſsimorum Pupillorum apud veteres Romanos, quæ maximè publici videri juris poſsit, huc nil facit: quòd* (1.) *propriè loquendo, iſthæc tutela non ſit munus Reipub. nec in Magiſtratibus cōſiſtat: cujus modi munus Tutela Electoralis eſt. Generali enim lege proſpectum eſt:* ne qui ad Illuſtrium Senatorum tutelam, Curialibus occupati neceſſitatibus, vocentur. l. 2. C. de tut. Illuſtr. (2.) *Leges Codicis non ſimpliciter quibusvis Illuſtribus conſtituerunt Tutores vel Curatores: ſed iis tantum*: quibus neque teſtamentarii defenſores, neque legitimi, vitâ, ætate, facultatibus ſuppetiverunt. *Qualis diſtinctio & ſubordinatio Tutorum Electoralium in Bullis Cæſareis nuſpiam legitur.* (3.) *Et numquid, dignitate horum Illuſtrium, quorum Titulus Codicis allegatus meminit, ampliùs non exiſtente: ſed cū mutato Reipub. Romanæ Statu, ſublatâ: ipſas tamen*

men legum deſuper latarum diſpoſitiones, quaſi poſtliminio, in uſum revocabimus? 4. Aut S. Rom. Imperii Electores in eandem cum Illuſtribus iſtis Romanis claſſem & ordinem redigemus? 5. Aut ſi illam, de teſtamentariis tutoribus Illuſtrium, ex jure veteri Codicis decerptam particulam etiamnum valere in Germaniæ Electoribus Illuſtribus contendimus: cur non omnes ſimul alias ibidem deſcriptas ſolennitates in Tutelis Electoralibus hodiè retinemus & uſurpamus?

VI. *Argumentum.*

Si Tutelà Electoralis, uti in Bullis Cæſareis deſcripta extat, omni, & teſtati, & inteſtati, caſu, uniformiter ſervanda eſſet: eam Succeſſioni Electorali in hoc exæquatam & connexam dicere oporteret.

Wiederleg. §. dã anfenglich. f. 38. § ben dieſem f. 42. & ſeqq. §. das aber f. 50. 51. 52. & 53. Defenſ. § Errant. f. 41. Gothofr. lib. 6. repl. 27.

Conſequens autem eſt abſurdum. Quomodo enim Tutelam Electoralem Succeſſioni Electorali exæquatam & connexã diceremus? cùm 1. juxta Vlpiani reſponſum, *interdum alibi ſit hereditas, alibi tutela*: cum quo & Saxonicum & Feudale jus conſentit: cùmprimis, ſi teſtamentum paternum adſit: 2. adhæc Tutelà principaliter

ter perſonam, Succeſſio bona, concernat: 3. denique Conſtitutio Carolina non principaliter de Tutelâ, ſed de Succeſſione Electorali, diſponat: quod vel ex tituli 7. Bullæ Carolinæ inſcriptione, quæ *De Succeſſione Principum Electorum* eſt, perſpicitur: 4. Vndè & Clauſulæ illæ, quibus lex iſthæc Bullarum, *perpetuis temporibus, abſque innovatione, inviolabiliter*, obſervari debere præcipitur, non ad diſpoſitionem de Tutelâ, ſed de Succeſſione Electorali, (vbi & leguntur) unicè referendæ ſunt.

Ableinung. §. das dieß. f. 8.

Ableinung. § die ex ad verſo. f. 26. §. es verbleiben f. 34. & ſeq. §. Nichtig f. 42 Gothf. lib. 6. repl. 11. f. 139 § nec juvare & ſeq. repl. 22. f. 208. in f.

Ergò & abſurdum eſt: quod in Antecedente, de Tutelâ Electorali, in Bullis Cæſareis deſcriptâ, omni, & teſtati, & inteſtati, caſu, uniformiter ſervandâ affirmatur.

RESP. ET REFVT.

A*liud pes* I. *aliud cythara, proverbium eſt. Id quod Adverſariis hîc iterum accidit: qui ex jure noviſſimo, ſingulari, publico Bullarum, ſaltum faciunt in jus priſcum, commune, privatum, Juſtinianeum: jure, inquam, priſco, communi, privato, Juſtinianeo, addo etiam Saxonico, & Feudali, interdum alibi hereditatem, alibi tutelam eſſe, accedente cumprimis teſtamento paterno,*

N 2 *nemo*

nemo noſtrùm negavit unquam. At jure Imperii novo, ſingulari, & publico, itidem hoc ſubſiſtere, quomodo evincent Adverſarii? De Tutelâ enim Electorali, quia in Bullis Cæſareis diſpoſitionem contineri, negare non poſſunt: dicant illi: cur aliunde potiùs, quàm hinc, ejus petenda ratio & deciſio ſit?

II. Tutelæ porrò & Succeſſionis Electoralis ſubſtantia non ideò confunditur: ſed nihilominùs illa principaliter perſonam, hæc bona concernit: etiamſi duo iſta hîc ita connexa & exæquata ſint: ut pulcerrimâ graduum proportione, perpetuaq; æquabilitate, ſimul utraque jubeatur procedere.

III. Judicent etiam omnes cordati: an de Tutelâ Electorali in Bullis Cæſareis, non principaliter, ſed incidenter, obiter, & perfunctoriè agatur: quam Legislatores tot requiſitis formalibus deſcriptam, & quaſi vivis circumſtantiarum coloribus accuratiſſimè depictam, propoſuerunt. Et quamvis Titulus Aureæ Bullæ ſeptimus, tãtùm de Succeſſione Principum Electorum *ſit inſcriptus: hoc tamẽ ipſo* (1.) *quòd ſub eodem titulo, & diſpoſitione, Succeſſio & Tutela Electoralis pariter comprehendũtur: ſumma utriusque cognatio arguitur: ut nec* (2.) *Sigismundus Imp. de Succeſſione in Electoratu Palatino,*

latino, diſpoſiturus, hanc de Tutelâ legem omiſerit: ſed cum Succeßionę immediatè cõjunxerit. eò, quòd (3.) Legislatores Succeßionem Electoralem, in ætate Succeſſoris immaturâ, & ad gubernandum inidoneâ, quaſi deficientem, in Senioris & Proximioris Adgnati perſonâ interim continuari voluerint: [4.] nec minùs Tutela, *quàm Succeßio Electoralis, ad finem & ſcopum iſtum pari effectu pertineat: quem ſibi in hâc lege ferendâ Legislatores propoſitum habuiſſe, palàm dicunt: denique [5.] verba Legis hìc tam ſint aperta & evidentia: ut nullâ Sophiſticatione eludi & obnubilari in æternum queant: cùm Legislatores Succeßionem Electoralem* eâ conditione & modo, *item* taliter, *obſervari præcipiunt: ut* Proximior & Senior Adgnatus *ſit Tutor & Adminiſtrator. Quo Conditionis & Modi vinculo, Tutela Electoralis ad omnem, & teſtati, & inteſtati, caſum, tantò firmiùs adſtringitur: quòd ipſi Adverſarii, Succeßionem Electoralem, cui Tutela immediatè, & ſine ullâ diſtinctionis notâ, cohæret, utroq; iſto caſu ſemper eandem conſtituunt.* Gothofr. de tut. Elect. lib. 3 refut. 9 §. ſumma li. 6. repl. 40. f. 291.

IV. Atque eodem hoc ictu pariter machina Adverſariorum concidit: quâ Clauſulas Succeßioni Electorali appoſitas, à Tutela, eidem immediatè

connexâ, amoliri, non modò irrito conatu aggrediuntur: ſed propria inſuper vinetą cædunt. Nam ſi ob Clauſulas Succeſſioni Electorali appoſitas, illa omni caſu manet uniformis, nec ullo teſtamento mutari poteſt: utiq; & Tutela Electoralis ſeſe habere aliter non poterit: quæ tenaciſſimo Conditionis ac Modi glutine eidem indiviſim cohærens, earundem Clauſularũ, ejuſdemq; naturæ, particeps efficitur, cùm Succeſſione Electorali.

VII. *Argumenum.*

Quod jure proprio, puta, Primogeniture, & Majoritatis alicui non competit: ab eodem licitè auferri, & transferri in alium, teſtamento poteſt.

Widerleg. §. Nun kan man. f. 62. vſque ad f. 72. Ableinung. f. 9. 10. 11. 21. 22 23 24. 25. Frecher. de tut. Et §. largiter f. 25. Gothof. li. 3 refut. 17. 20 23 24, 25. 26 27 37 li. 6 repl. 37 40.

Vox, poteſtas, & dignitas Electoralis, ad Proximiorem & Seniorem Adgnatum, jure proprio, puta, Primogenituræ & Majoritatis, non pertinet.

I. Quia in Bullis Cæſareis jus Primogenituręe, in Tutela Electorali, tantâ verborum ſolennitate, ſancitum non reperitur, atque in Succeſſione Electorali. 2. Aliàs enim ſimul & ſemel duo hîc eſſent ſpecialia Primogenituræ jura: quod rationi & juri contrarium. 3. Quia jure Roma-

Romanorum veteri, & jure Feudorũ, ſolus Pupillus verè poſſidet: & in eũ ſolum continuatur dominium: Tutor autẽ, nomine non niſi alieno, poſſidet, & exercitiũ jurisdictionis adminiſtrat: cùm vna eademq; res à duobus in ſolidum ſimul poſſideri nequeat. Et, ſi Tutor Electoralis vocẽ, poteſtatẽ, & dignitatẽ Electoralem jure proprio obtineret: facilè poſſet is, excluſo legitimo Succeſſore, ipſum occupare Electoratũ: perindè ac Ruperto *Juniori* Palatino, à Patruis accidit. *Eâ*q; ratione ipſe *Electoris* titulus & appellatio Tutori Electorali tribuẽda eſſet. 4. Sed Primogenitus Electoralis, qui nũc eſt, in præſenti, & deinceps, cõtrahere, inveſtituras ab Imperatore petere, ac cõſequi, teſtari, facere his ſimilia, poteſt: utpotè, qui annum ætatis decimũ quartũ jam egreſſus, non ampliùs dici aut haberi debeat Pupillus, ſed *Minor*: imò *Elector*: 5. exemplo Ludovici IV. Electoris Palatini: qui, intra decimum quartũ & decimumſeptimũ ætatis annũ, adhuc ſub tutela cõſtitutus, ab ipſo Imperatore Sigismũdo, & hoc mortuo, ab Alberto, & deinceps à Friderico, Regibus, inveſtitus fuit Regalibus, dignitatibus, omnibuſq; ad Electoratũ pertinẽtibus jurib. aliis: eundẽq; inſuper Ludovicus III. Pater, in volũtate

Defenſ. §. quod eò f. 29. cũ §. ſeq.

Widerleg. §. daher dann f. 72. Defenſ. § & tum: f. 61. & fol. ſeq. Gothofr. lib. 6. repl. 17. & 24. f. 250. repl. 41.

Widerleg. § dan denſelben f. 70. 71. 72. § ferner f. 74.

ſuâ

Kurtz Berichi § So habe... f. 11. Widerleg f. 121. Defenſ. in pr. & f 78. § hæc cum. f. 18. §. & mirãdum § nec aſſequi. f. 29. & f 36 §. vnde etiã. & f ſeq §. Et cui f. ult. b. Ab einung. §. Ei; warũb. f 73. Gothof. li 6. repl. 12 f 154 ibi. avara. repl. 17. §. quinto. & ſeq f 180. repl 24 & 36. f. 258.

ſuâ ultimâ, anno 1436. poſt ſuum obitum, *pro Electore Imperii* agnoſci & haberi à ſubditis juſſit. 6. Denique, quia tutela eſt munus publicum, neceſſarium, ſui naturâ oneroſum, & gratuitum: quod Pupillo potiùs favorabile, lucroſum & utile, quàm Tutori eſſe debet: ut mirandum ſit: cur Palatinus Neuburgicus, hanc Tutelam (niſi fortè, quia *opima* eſt) in ſui favorem cedere arbitretur: & tantum onus, tantâ ætate, tanta inter negotia propria, ſibiipſe, tantâ contentione, imponat.

Ergo vox, poteſtas, & dignitas Electoralis, à Seniore & Proximiore Adgnato, licitè auferri, & transferri in alium, teſtamento poteſt.

RESP. ET REFVT.

I*us Primogenituræ* I. *etiam in Tutela Electorali, ſufficienti verborum ſolennnitate, à Legislatoribus ſancitum eſt: cùm expreſſè & diſertè* Seniorem & Proximiorē Adgnatum *ad Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem tàm ſeriò vocant: ut nec aliter Primogenitum Electoralē Succedere in Electoratu velint: niſi hac Tutela conditione, omnibus ſuis numeris, adimpleta.*

II. *Hæc*

II. *Hæc gemina Primogenituræ jura ſeſe mutuò non perimunt, ſed ſubordinantur:* (1.) *quia alterum Primogenito Electorali, alterum Proximiori & Seniori Adgnato competit:* (2.) *illud in Succeſſione Electorali, hoc in Tutela ſpectatur:* (3.) *illud Proprietatem jurium Electoralium, hoc eorundem Uſum & Exercitium tribuit: atque ita,* (4.) *Succeſſor Electoralis jura Electoralia omnia, quãvis ſub Tutela conſtitutus, & jure, & nomine Proprio habet: Tutor verò Electoralis illa ipſa jura Electolia, quorum uſus in Pupillo Electorali, uſque ad legitimam ejus ætatem, ſuſpenſus, limitatus, atq; reſtrictus eſt, nomine Pupilli exercet: ipſum autẽ Exercendi jus ſibi proprium, ut Tutor, vigore Bullarum, omninò habet: quod & verba arguunt, in inveſtituris uſurpari ſolita: quibus Tutori Electorali jura Electoralia, uſque ad legitimam Pupilli ætatẽ,* nomine Tutorio *exercenda, conceduntur.*

III. *Quo tam luculento diſcimine ſervato: omnes illæ Adverſariorum ſequelæ, & timorũ plenæ imaginationes, atrociſſimæq; in Seniores & Proximiores Adgnatos Electorales injuriæ, diſſipantur:* ne, *ſcilicet,* duo illa ſpecialia Primogenituræ jura ſint Bullis Cæſareis, Cõmunique juri & rationi contrara: & ne una eademque res ſimul à duobus

poſſideatur in ſolidũ: nevé Senior & Proximior Adgnatus fortè proprietatem jurium Electoralium, nomenque Electoris, excluſo Primogenito, & Pupillo Electorali, ſub ſpecie Tutelæ, invadat, ſibique arroget.

IV. At quo jure tandem Primogenitus Electoralis, ſuperato decimo quarto ætatis anno, mox numero & nomine Pupillorum exemtus, jure Minorũ, ipſâque adeò Electoris *appellatione, cenſebitur?* (1.) *An quia jure Romanorũ Vetere & in Feudis hoc obtinet? At de jure Bullarum Cæſarearum nunc agitur:* (2.) *quo ætas legitima in Electore octodecim annorum ætatis* Completorvm *numero claré definitur:* (3.) *intra quod tempus, & ibidẽ* Pupillus, & juvenis debitæ & legitimæ ætatis defectũ patiens, *vocatur:* [4.] *eidemq́; eò uſq́;* Tutor & Adminiſtrator *adjungitur:* [5.] *quod proprié dicto Electori minimé convenit:* (6.) *Eamq́; Bullarũ, de ætate Primogeniti Electoralis, ſententiã Heidelbergenſes antehac, ex Imperialibus & Palatinis, omni exceptione majoribus, Documentis, contra Richardũ Palatinum, publicis ſcriptis operosè defenderunt: atq́; etiamnum hodiè, ſibimetipſi contrarii, in Libro, qui inſcribitur* Refutatio f. 41. Zũ vierdten *cum Marq. Frebero* in Orat.

2. f.

2. f. 31. *Heidelbergæ de hac ipſa quæſtione olim recitatá, & cum ipſo nuper defuncto D. Electore in ſcripto, cui titulus,* Kürtzer bericht vnd bedencken *&c. anno 1593. ad perpetuam rei memoriam, contra dictũ Richardum Palatinum, edito, idem aſſerunt.* (7.) *Nec Inveſtituræ aliter Tutoribus Electoralibus hactenus conceſſæ tributæque fuerunt : quàm* Pupilli Electoralis nomine, & uſque ad annos ejusdem pubertatis legitimos. Widerleg. §. So viel 72.

V. Non quadrat adductum Ludouici IV. exemplum. (*1.*) *Verba enim Inveſtiturarum, uti ipſi Adverſarii ea referunt, duntaxat* Confirmationem juris Succedendi in Electoratu *inducunt.* (*2.*) *Nec aliter Ludovici III. ultima voluntas exaudienda eſt: quàm, quòd jus Succedendi, non etiam ipſam protinus Jurium Electoralium uſurpationem, in Filio continuari voluerit : ne legibus Bullarum ea repugnet.* (*3.*) *Qua & propter Ludovicus Filius, etiam poſt Inveſtituram à Sigismundo Imperat. acceptam, ſub Tutela Patrui ſui Ottonis Moſbacenſis, non obſtante hâc diſpoſitione Paternâ, vixit: cujus Ottonis ſuffragio pòſt Albertus & Fridericus, Reges Romani, electi ſunt.* (*4.*) *Aut ſi in dictis inveſtituris Nomẽ & Appellatio* Electoris *Ludovico tributa fuiſſet: & is, ante*

annum ætatis decimum octavum, jus ullum Electorale uſurpaſſet: Adverſarii id minimè diſſimulaſſent.(1.) Si quoque Ludovicus Pater ultimâ voluntate plenum uſum jurium Electoralium, ante decimum octavum ætatis annum, Filio committi, contra Legum Imperii inſtituta, poſtulavit: ſatiùs eſt, ut ea voluntas pereat: quàm ut Legis Publicæ præceptum infringatur.

VI. *At quæ ratio eſt, (quærunt, & odioſiſſimè exagitant Adverſarii) ut Tutela & Adminiſtratio Electoralis Proximioribus & Senioribus Adgnatis favorabilis & acceptabilis dicatur? Expedita & vera eſt reſponſio.(1.) Quia hæc tutela, non eſt onus tantummodò & ingloria ſarcina privatæ procurationis: quales ſunt tutelæ juris communis, privati, veteris. (2.) ſed inter ſummas, quas continet, difficultates & ſollicitudines, in* S. Rom. *Imperio, Publicæ & propè Regiæ Dignitatis Officia tribuit Tutori & Adminiſtratori.* (3.) *Atque ut ignaviæ & contemtus ſpeciem, Principe viro indignam, præbet: Honores Publicos, Legibus patriæ tributos, ob annexos iisdem labores & moleſtias, temerè declinare videri. ita erecti, excelſique, & minimè arrogantis, animi, exiſtimandum eſt: Ordinem in Honoribus contendere obſervandum. Quæ ſi exactius*

ctiùs perpendiſſent Adverſarii, & ullam pudoris aut dignitatis habere rationem didiciſſent: tot privatæ cupiditatis convicia, in Proximiorem & Seniorem Adgnatum Electoralem, ob hanc tutelarem controverſiam, non detorſiſſent.

VIII. *Argumentum.*

Legitima Tutela nunquàm excludit teſtamentariam.

Freher de tut Elect. f. 13

Tutela Electoralis, Bullis Cæſareis comprehenſa, eſt legitima. Nam. 1. Lex tutelaris Bullarum loquitur de caſu; non ordinario, ſed fortuito, & in Electoralibus tutelis contingente: & ſic de tutelis ab inteſtato: quæ contingentes, id eſt, raræ dici poſſunt: ſi cum teſtamentariis conferantur: quia Electores rarò inteſtati, paſſim verò, vel ſemper, teſtati decedunt: id, quod voce contigerit in Bullis innuitur. 2. Quia in Bullis Cæſareis Elector liberos ſuos relinquere dicitur: quod verbum caſum inteſtati demonſtrat magis, quàm teſtati: tunc quippe maximè liberos ſuos relinquere paterfam. cenſetur: cùm nullo teſtamento condito liberis ſuis conſuluit & cavit. 3. Quia Sigiſmun-

Gothofr de tut. Elect. li 6 f 137. § Bullarum. & ſeqq. f. 148.

Freher. f. 1. in pr.

Rutge: Ber f.9.&10 Wi derleg §. Da auch f.36 §. Da man &c §. ſer f.42.§. Nu geſtehet f.57 Ablei nüg.§ ſo viel f.14.§ Aber. f.31.§. Es iſt f.35.§ weil aber. f.38. Freher.f.11. 12.26.27.28 29. Gothof. in præf. lib.3 re tut 5.& 9. f.68.69.ref. 13 28. libr.4. repl.3.f 14. repl 4 f 18. repl.5.f.24 28 rep.15 53. 60 lib 5.repl 1.f.68.70 li. 6 repl 1.f.103 repl 3 f.108 110 repl 4 f. 113.repl.7.f. 120.repl.8.f. 122.repl.11.f 138.143.repl. 12.f.145.147 148.repl.13. 5.Bulla.fol. 162.repl.18. & ſeq. repl. 21.cum ſeq. repl. 26.27. 28.repl.37. f.255.

giſmundi declarationes expreſsè, & in ſpecie de illo Tutore Electorali loquuntur: qui de jure ſiue legitimus Tutor eſt. De ivre, inquit Imp. Tutor eſſe debet & Curator. Sic in Gloſſ. juris Saxonici, ad art.23.& 26. Adgnatis Tutela *de jure* neceſſariò incumbere dicitur: & Teutonica Bulla Sigiſmundi verba *de jure* reddidit, **durch Recht**: cui conſona eſt Conſtitutio Imperii Politica, anno 1548. publicata: in quâ legitimi Tutores vocantur, **Durch das Recht oder Richter gegeben**/ & opponuntur Teſtamentariis. 4. Quandoquidem enim Sigiſmundus Imp. Bullam Caroli Auream ſibi declarandam propoſuit: neceſſe eſt: ut, quia Fratris appellationem in Bulla Carolinâ nudè poſitam, ad Adgnatos ulteriores interpretatione extendit: pari ratione hæc quoque ejus declaratio cum effectu accipiatur: quâ ſignificat: qualis eſſe ille Tutor Electoralis debeat: nempè, de jure, ſiue legitimus. 5. Et verò ibidẽ talis denominatur Tutor, Proximus, ſcilicet, Adgnatus: qui aliàs, ipſo jure, in caſu inteſtati, ad Tutelam vocaretur: ut bona occa-

Ableitung. §. vnd zwar f.36.

ſio ſit: mentem Imperatoris exinde colligere talem: quòd de ſolâ legitimâ Tutelâ loqui hîc inſtituerit. 6. Nec ſicco, quod ajunt, pede præter-

eundę

eundæ ſunt voces, tunc & debet, à Legiſlatoribus hîc vſurpatæ: denotant enim, quòd *Pro*ximior & Senior Adgnatus tunc, id eſt, quādo Elector inteſtatus moritur, & nō alio caſu, Tutor & Adminiſtrator eſſe debeat, id eſt, cogatur, velit, nolit, illâ de jure Tutelâ vulgari, cōmuni, contentus eſſe, nec plus ultra quicquam ſibi ſumere vel ſperare: niſi pœnis Bullarum velit ſubjici.

Widerleg. §. wolte man f. 43. Defenſ. §. clarior. f. 24. Ablaínūg §. vber dies. f. 125. das aber. f. 39. Freher. f. 29. 31. Gothofr. li. 6. repl. 25. f. 216. & ſeq.

Ergo Tutela Electoralis, Bullis Cæſareis cōprehenſa, non excludit teſtamentariam.

RESP. ET REFVT.

Hucusque nullum vidimus, nec, præter hoc præſens, aliud porrò videbimus, argumētum: quo Adverſarii ſuam nuper excogitatam teſtamentariam Tutelam Electoralem legitimas excludentem, ex ipſis directò Bullarum Cæſarearum verbis aſſerere conentur. Nunc ergò tandem aliquid dicere videntur: ad rem, (ſcilicet) quod faciat. Et hactenus quidem voculas duas, DE IVRE, *tanquam Helenam quandam redivivam, in theatrum Orbis Chriſtiani productas, mirè oſtentârunt: omnibusque ſermonibus & ſcriptis frequentatas, & decantatas, ceu rem abſtruſiſſimam, & in-*

& intellectu difficillimam, ad ravim vſque incul-carunt, ingeminaruntque: haſce, quoties argumen-torum ponderibus urgentur & pulſantur, veluti milites quoſdam triarios, in ultimũ deſperatæ cauſæ auxilium accerſunt: in his victoriæ ſummam collo-cant. Sed & Dionyſius inſuper Gothofredus, Gal-lus, ex Schola Heidelbergenſi prodiens, & hoc ar-canum nobis penitus enarrans, pro transmarinâ ſuâ ſapientiâ, id etiam novis inventis auxit, & amplificavit. Singula propiùs intueri juvat.

I. *Si Principem Electorem mori* Contigerit, *inquiunt Legislatores.* Contigerit, *inquit Com-mentator Gothofredus, hìc idem ſignificat, quod ſi-ne teſtamento. Quid cenſes, Candide Lector? remnè geſtam, an ſomnium, tibi audire videris? Lex (1.) de contingentia* mortis Electoris *loquitur: & Go-thofredus de Tutelâ Legitimâ exaudit: Lex de Li-beris Electoralibus* in imperfectâ ætate, *per mor-tem* Parentis, *contingenter relictis, verba facit: & Gothofredus, neſcio quam, Teſtamentariæ Tute-læ Omiſſionem, ſubodoratur. (2.) Quoniam* Mo-ri *accidens eſt Principis Electoris: ea terminorum affectio verbo* contingendi *exprimitur: atque adeò iſtud verbum peculiare argumentum Logicum hìc non conſtituit, nec Prædicati affectionem ad Sub-jectum*

jectum mutat: ſed ſui naturâ Prædicato ineſt, etiamſi diſertè non ponatur, Logici Propoſitionem Modalem *vocant. Sic, quod Sigismundus, ubi de Tutela Electorali agit, hac Phraſi expreßit*: Si Principem Electorem ab hac luce MIGRARE CONTIGERIT: *Carolus*, tit. *7. de Succeſſione Electorali diſponens, per* ἰσοδυναμίαν *& naturalem Phraſium* ταυτότητα; *ita profert*: Si Primogenitus ab hac luce MIGRARET. *Simile judicium de reliquis eſto: ut, cum Sigismũdus Imp. quartâ vice dicit*: Si Primogenitus, Secundogenitus *&c*. DECESSERIT. (*3*.) *Age verò, ſi verbum* contingere *hîc quandam teſtamenti omißionem arguere cum Gothofredo fingamus: numquid eam arguendi vim quoque habebit: ubi Sigismundus Imp. ſtatuit*: Si Ludovicum *&c.* MORI CONTIGERIT: extunc Palatinatus Rheni ad Seniorem Fratrem devolvatur? *an hæc devolutio non fiat, niſi Ludovicus teſtamentum facere omiſerit? Multò etiam abſurdißimam hanc Gothofredi gloſſam coarguit: quòd Carolus Imp*. d. tit. 7. *ita pronunciat*: Si aliquem ex hujusmodi Principatibus Imperio Sacro vacare CONTINGERET: tum Imperator

P ſeu

ſeu Rex Romanus, qui pro tempore fuerit, de illo providere debebit & poterit. *Ergonè teſtamento caveri poterit: ne Principatus Imperio vacare* contingat *? Gothofredus, ſcilicet, nobis jura interpretatur!*

II. Nec melioris notæ eſt, alterum de dictione relinquere *commentum. In lege enim de relictione tali ſermo eſt: quâ quis* poſt alium *præmortuum in vivis relinquitur: & Gothofredo, cum Frehero, hæc de Legitima* Tutela *ſonant: in contextu legis actus* relinquendi *ſimpliciter circa* Liberos Electorales, defectum ætatis patientes, *occupatur: & Gothofredus atque Freherus, ad teſtamentariæ tutelæ intermiſſionem trahunt. Vox ergò* relinquere *hìc non ſignificat deſertionem: ut pater* relinquere, *id eſt, deſerere Liberos videri poſſit: Si de Tutore illis teſtamento non proſpiciat. Nam Pater liberos impuberes, & ſimul tutorem ipſis à lege datum*, poſt ſe relinquens, *eoſdem non relinquit: quamvis de tutela teſtari ſuperſederit. Eademq́ Bipontinorum & Heidelbergenſium omnium ſententia eſt: qui partum iſtum Freherianum & Dionyſianum, antequam in hominum conſpectum protruderetur*

deretur, cenſum, probatumque & agnitum, ſuſceperunt.

III. *Sequitur formula à Sigismundo Imp. uſurpata,* DE JURE: *quam Adverſarii ita explicant: ut* de jure-*Tutor, ipſis ſit Legitimus: cui opponatur & anteponatur teſtamentarius. Cui (1.) gloſſæ olim rectè cõtradixit modò nominatus Marq. Freherus, Cõſiliar. Elect. Palat. qui in Oratione ſecũda contra Richardũ Palatinũ ſcripta,* DE IURE, idẽ hîc ſignificare, ajt: quod vi & autoritate Legis: ipſo jure: non facto, aut voluntate, ſeu Teſtatoris, ſeu Magiſtratus. *Eamq; ſignificationẽ confirmãt diplomata Regia & Cæſarea nuper ab eodẽ Frehero, ex archetypis, uti ipſe ait, bonâ fide, exſcripta & divulgata: in quorũ uno Carolus IV. tũ Romanorũ & Bohemiæ Rex, ordinationẽ quãdã & tractatũ inter Palatinos Rheni ratificaturus, eã ratificationẽ ad ſe,* tanquã ad Principẽ Electorẽ Imperii, DE JURE ſpectare aſſerit. *Et in alio diplomate idẽ Carolus, tũ Imperator, ſuo & ſuorũ Principũ Electorũ nomine decernit:* Rupertũ Seniorẽ Comitẽ Palatinũ Rheni admittẽdũ, & hoc ipſo DE JURE admitti, ad omnia negotia Electoralia, omnimodò ſicut de jure, & de honeſta laudabili cõſuetudine, Comes Palat. Rheni Archidapifer S. Ro. Imp.

In tractat. de tut. Elect.

& Princeps Elector, meritò admitti debet. *Quibus locis Carolus IV. formulas* de jure, cum jure, tanquam jus, & pro jure, & ſicuti juris eſt, *ſimilesque promiſcuè uſurpat: quas ut Teſtamētariis Diſpoſitionibus opponas, & exponas* (ab inteſtato) *ratio planè nulla eſt. Eâdem Phraſi & ſenſu Innocentius* 3. *Papa* in c. venerabilem. De Electione. jus & poteſtatem eligendi Regem, in Imperatorem poſtmodum promovendum, ad Principes Electores Germaniæ, De Ivre & antiquâ conſuetudine pertinere, *iteratò dicit. Et numquid hodiè in foro, & ſententiis judiciū, uſitatas ſolennes formulas, quibus judices dicuntur* cognoſcere & pronunciare durch Vrtheil vnd Recht/ item von Rechtswegen *ad differentiam ultimarū voluntatum apponi ſtatuemus?* (2.) *Nec patrocinatur: etiamſi fortè hac Phraſi*, de jure, *nec non* durch Recht/ *Tutela Legitima juris Communis alicubi expreſſa inveniatur. Quid enim* 1. *impedit, quò minùs etiam Tutor Teſtamentarius juris Cōmunis, dicatur Tutor*- de jure *vel* durch Recht: *utpotè, quem jus agnoſcit & approbat? hinc Ulpianus in fragm. tit. 11. etiam Teſtamentariam Tutelam generali appellatione vocat* Legitimā: *ut quæ ex lege XII. tabb. deſcendat; & Juſtinianus Imp.* in

in Inſtit. de tutel. §. 1. *cum Servio* D. de tut. l. 1. *Tutelam in genere definit, quod ſit* jure civili *data & permiſſa. Et quidni Tutela Teſtamentaria, præſertim Electoralis, dici Tutela* -de jure *debeat: quam Gothofredus, ſuâ quidem opinione, ex* jure Naturæ & Gentium, Philoſophico, Divino, Canonico, Civili, Militari, Feudali, Principali, & Regio, Electorali, Palatino, Imperatorio, Camerali (*etſi quod jus uſpiam eſt aliud: derivare novit*? 2. *Sic & illam ipſam, quam Adverſarii tantoperè urgent, loquendi formulam* de jure *ferè generaliter, ad omne id, quod* ipſo jure *fit, exprimẽdum adhiberi: adducta paulò antè exempla & cõmunis loquendi uſus, convincit. 3. Ex quo Adverſariis incumbit: niſi præſidiolum ſuum, quod in verbis* de jure *unicè collocant, amittere velint: preſſiùs demonſtrẽt: Tutelam Electoralem, in Bullâ Sigiſmundeâ declaratam & confirmatam, per voculas* de jure *ad ſolam Legitimam*, in ſpecie *ita dictam, reſtringi: nec eâdem locutione ſimul teſtamentariam tutelam ibidem, ut ſæpè aliàs, contineri: 4. præſertim, cùm ex eadem lege tot & tanta rationes in contrarium à Neuburgicis afferantur: 5. ſed nec credi ullo modo poſſit, vel debeat: Sigiſmundum Imperatorem, Legem Tutelarem Carolinam,* lib. 2 de tut. Elect.

 quam

quam declarandam ſuſcepit, voculis de jure *ad ſolum inteſtati caſum contrahere voluiſſe* : *cujus in Lege Carolinâ, ne minimum quidem extat veſtigium*: *ſed tum ipſa cauſa Finalis, Generalisque verborum legis conceptio, tum utriusque & Tutelæ & Succeſſionis Electoralis, inſeparabilis connexio, & alia permulta, longé diverſum demonſtrant*.

IV. Non carent (1.) *effectu, verba* de jure: *etiamſi juxta Adverſariorum libidinem non accipiuntur* : *ſed magis enixa Imperatoris voluntas hinc elucet*: *qui verbis adeò ſtringentibus Seniorem & Proximiorem Adgnatum ad Tutelam Electoralem vocat*: *ut protinus eum*, vi & Imperio hujus legis, & De jure, *non exſpectatâ juſſione aliâ, Tutorem eſſe jubeat*. (2.) *Et quid, quæſo, cogit* : *ut quia* fratris *appellatio à Sigismundo Imp. interpretatione ad Nepotem & Conſanguineum producta eſt*: *protinus clauſula* de jure, *eo, quo Adverſarii deſiderant, ſenſu, exponatur*? *Sanè, ex rationis identitate, & ex analogiâ Succeſſionis & Tutelæ in Electoratu, firmiſſimâ conſequentiâ, concludere promtum eſt*: Fratris Senioris *appellatione, in Aureâ Bulla Carolina, etiam ulteriores venire. Hinc & Sigismundus Imp. in ſua Declaratione*, Hoc idem

IDEM à Carolo IV. Imp. Genitore ſuo chariſſimo de Electorum Succeſſione publicè ſancitũ eſſe, *ait*, quod & ipſe tum Imperiali ſancire edicto inſtituerat. *Tantum etiam abeſt: ut, ex lege Carolinâ, Tutelam Electoralem Legitimam Teſtamentariis mutationibus ſubjectam exſculpas: ut potiùs contrarium ibidem evidenter reperias: ut qui Sigismundum Imp. voculis* de jure *aliud introducere voluiſſe ſtatuunt, eundem non Declaratorem & Confirmatorem, ſed Obſcuratorem & Everſorem Paternæ legis, injuria faciant.*

V. Leviſſima conjectura eſt, quam ad ſuum παράδοξον *ſtabiliendum, Adverſarii ex nominatione* Proximi Adgnati *petunt: ſed quæ conjecturis longè fortiſſimis, indubiisque rerum argumentis, jam pridem protrita eſt: cùm & quivis facilè animadvertat: cur Legislatores, in tanto Officio, & in tanta Imperii Dignitate, ac Poteſtate,* Propinquiorem *ſanguinem prætulerint* Remotiori.

VI. *Vltimum ex verbis Bullarum ab Adverſariis vibratum telum eſt, non minus inutile, ac plũbeũ.* TVNC, *inquiunt, quando ſcilicet teſtamentum*

Pater

Pater non fecerit, Proximior & Senior Adgnatus, Tutor & Adminiſtrator eſſe Debet, *ideſt, cogitur. At quâ ratione, hoc ita dicitur? nulla alia, quàm quia ita dicitur. Ergo ante omnia teſtamentariam ſuam Tutelam Electoralem, legitimas excludentem, ex lege Bullarum probatam reddant Adverſarii, & ſic voculas* tunc *&* debet *hîc urgeant, & accommodent. Interim nos illud in* Bullis *Cæſareis ſancitũ Tutelæ Electoralis genus pro purè & abſolutè Legitimo agnoſcimus, abſq; Relatione, ad Tutelam Teſtamentariam. O nunc ergo Leberide nudiores Adverſarios, quibus nullum ampliùs in voculis* De iure *ſubſidium!*

IX. *Argumentum.*

Quem Legis intellectum S. Cæſar. Majeſtas, & Principes Imperii, tam *E*lectores, quàm alii, ipſique adeò Principes Palatini, nec non Imperialis Camera, magnique nominis Iuriſconſulti, calculo ſuo approbârunt: confirmat praxis Regni Gallici: quod â Germanis originẽ ducit: & non diſſimili nobiſcum jure utitur: is procul omni dubio eſt verus & genuinus.

Legis Bullarum, de Tutelâ Electorali, intellectum

ctum, quem Dux Bipontinus & Heidelbergenſes tuentur, (1.) S. Cæſar. Maieſtas, & Principes in Imperio, (2.) tàm Electores, (3.) quàm Alii, (4.) ipſique adeo Principes Palatini, (5.) nec non Imperialis Camera, (6.) magnique nominis Iuriſconſulti, calculo ſuo approbârunt: (7.) confirmat praxis Regni Gallici, &c.

Nam I. Rudolphus II. Imp. p. m. non tantùm Ludovici V. ſed & nuper defuncti Friderici IV. Patris & Filii, Electorum Palatinorum, ultimas voluntates Literis Confirmatoriis validas eſſe juſſit: quantumvis Ludovicus Fratri ſuo tres Principes Contutores eo ipſo teſtamento olim adjunxiſſet: & nunc Fridericus, Proximiore & Seniore Adgnato excluſo, Remotiorem & Juniorem ſcripſiſſet ſuorum Liberorum Tutorem, Electoratusque Adminiſtratorem. 2. Auguſtus, Saxo, & Iohannes Georgius, Brãdenburgicus, Electores, in epiſtola, anno 1584. ult. Ianuar. ad Ludovicum Vvirtenbergicum Ducem ſcriptâ, expreſsè negant: *Facultatẽ eam Electoribus per diſpoſitionem Aureæ Bullæ ereptam: quò minùs pro voto Tutores Liberis ſuis ordinare teſtamento poſſint:* 3. Georgius Fridericus, Marchio Brandenburgicus, Ludovicus, Dux

Kurtz Ber. §. weiln auch f. 10. Widerleg § ja zu vor: de ſt f. 4 Defenſ. §. hæc ſi ita. cũ ſeqq. f 56. 57 Ableinung. § die Keiſerliche. f. 57. 61. Gothof. li. 2. aſſert. 13 li 4 repl 5. f 34 repl. 8 lib 6. repl. 13 f. 160. 161. Widerleg. f. 21. Defenſ. § a Saxoniæ. cũ ſeq. f. 5 5. inſuper. f. 48 Gothof. li 3. refut 8 in. f.

Kurtz Ber. f 12 § Es befindt.

Vvirtenbergicus, & Ludovicus, Comes Provincialis Haſſiæ, à Ludovico V. Electore Palatino, unà cum Iohanne Caſimiro Palat. ejus Fratre unico, denominati Tutores, eam Tutelæ ördinationem Legibus Imperii conformem agnouerũt: & adverſus Iohan. Caſimirum, Palat. cepto in Camera Imperiali judicio, defenderunt. 4. Et quid Principes Palatini, nõ modò ſuperioribus temporibus, de Tutelâ Teſtamentariâ ſenſerint, hoc ipſo ſatis declarârunt: quòd de ipſâ etiam Succeſſione in Electoratu teſtati, pactique ſunt: ſed & controverſiâ illâ, vti modò indicavimus, inter Iohan. Caſimirum Palat. & tres Principes Contutores, ſuper teſtamento Ludovici V. Electoris, ortâ: ipſemet, ipſemet Palatinus Neuburgicus, modernus, *trium Principum contutelam aſſerentium inſtitutum ſibi vehementer probari*, literis ad Ludovicum Vvirtenbergæ Ducem, 14. Ianuar. anno 1584. exaratis, ſignificavit. Vti nec Legũ Imperii & Conſuetudinis ignarus aut immemor nuper defunctus Elector, Fridericus IV. fuit: quãdo re cum Conſiliariis, Legum, Forique peritiſſimis, Principibuſque nonnullis Imperii, quin & exteris, & quidem potentiſſimis, amiciſſimis, & fideliſſimis

Kurtz. Ber. § vnd doch f. 12. Defenſ. § de noſtra cũ ſeq f. 42. 43. § ſa ceſſant f. 44. Gothofr. lib. 6. repl. 30. 33.

W. derleg. f. 105. Defenſ. § Longe f. 46. Gothofr. lib. 6. repl. 34.

Kurtz. Ber. f. 3. Widerleg. § das aber. f. 60. 61. & f. 4. ableinũg. § das ferner f. 44. 45. Gothofr. lib. 1. f. 2. § ad hibiti. § li. 2. aſſert. 8. lib. 3 refut. 29. 34. 35. 36. lib. 4. repl. 5. f. 27. li. 5. repl. 4. f. 75. lib. 6. repl. 34.

ſimis, communicatâ, Iohannem, Palatinum Bipontinum, ex Cognatione & Familiâ Electorali, teſtamento Tutorem & Adminiſtratorem eundemque *unicum* fecit: ut nulla inde metui confuſio in Imperio, Tutorumque pluralitas, poſſit. 5. Aſſeſſores quoque Camerales, in ſupradicta Controverſiâ Tutelari Palatinâ, contra Iohan. Caſimirum Tutelam Electoralem ex Bullis Cæſareis ſoli ſibi aſſerentem, Citationem & Compulſoriales decreverunt: Teſtamentumque Ludovici Electoris ad Ordinem Iudiciorum pertrahi paſſi ſunt: quem & Proceſſum Reviſores Cameræ pòſt comprobarunt. In voto etiam ſuo, quod Reviſoribus, eadem in cauſâ, illi vigore Ordinationis communicarunt: *Quod*, inquiunt, *muſſitatur jam antea: circa tales Tutelas Electorum, per Auream* Bullam *proviſum: an hoc ita intelligendum ſit: ut contra* JVRIS PRÆSVMPTIONEM *teſtamenti factionem, ratione Liberorum & Bonorum, Electori, & adjunctionem Tutoris tollat?* SVB IVDICE LIS EST.

Kurtz Bericht f. 11. §. So haben. Widerleg. §. Dabey gleichwol f. 113. Defenſ. §. ad ſtipulatur. & § ſeq. f. 47. Ablehnung. § dann die f. 58. 59. Gothofr. lib 2 adſ 14. lib. 6. repl. 32.

6. Huc meritò adſcribimus famoſiſſimos duos Iuriſconſultos: *Marq. Freherum*, Conſiliarium Electoralem, Palatinum, &

Ablehnung. §. So viel f. 69. Gothofr. li. 4 repl. 11. § ult lib 6. rep 12. fol. 150.

Q 2 *Diony-*

Dionyſium Gothofredum Legum in Scholâ Heidelbergenſi Anteceſſorem: qui hactenus, ex omnibus, Teſtamentariæ Tutelæ Electoralis, Legitimam excludentis, patrocinium & defenſionem publicam ſcriptis intrepidè & nominatim ſuſceperunt. 7. Poſtremò, in Familia Regia Gallorum leguntur exempla vetuſtiſſima non pauca Tutelarum, non Proximiori & Seniori Adgnato, ſed Matribus Reginis, & aliis, teſtamento liberè delatarum. Et quamvis anno 1407. lege ibidem cautum: *ut Regis mortui Filiorum Maximus, cuiuſcunque ætatis ſit, conſecretur: & de Adgnatorum ſententiâ Regnum adminiſtretur: Johan. Lucius, Pariſienſis, in placit. ſumm. apud Gall. Curiæ, libr. 3. tit. 1.* attamen hoc quomodo obſervatum ſit: præter alia, præſens Regni Gallici praxis demonſtrat: quod tutorio nomine hoc tempore gubernat Henrici, nefariè occiſi Regis, Conjux.

Werleg §. Es wirdt f. 54. 55 56. Deſgl. § ſie & f. 42 Ableinung §. die dieſer. f. 33 Gothof. lib 6. repl. 28. f. 226. & ſeqq.

Hinc concluditur, Legis Bullarum de Tutelâ Electorali intellectum, quem *D*ux Bipontinus, & Heidelbergenſes, tuentur, procul omni dubio, eſſe verum & genuinum.

RESP.

RESP. ET REFVT.

Quod I. *Ludovici Electoris teſtamentum attinet: is Cæſaream Confirmationem non ideò impetravit: quòd Proximiorem & Seniorem Adgnatum, qui tum fuit Johan. Caſimirus, Palat. à Tutela excludere ſeſe poſſe conſideret: (id quod hodiè Adverſariorum unicum ſtudium eſt) quippe, cui Tutelam & Adminiſtrationem Electoralem*, vi & diſpoſitione Bullarum *ſe cõmendare, ultimo ſuo elogio conteſtatus eſt.*

Aut ſi ea Confirmatio ad Tutelarem Adjunctionem, teſtamento Ludovici inſertam, extendatur: quid(1.)*S. Cæſ. Majeſtas, de iſta Contutelâ tandem ſenſerit: ſatis liquet ex eo: quòd, poſt mortem Ludovici, ſolum Johannem Caſimirum, nomine Tutorio id petentem, Regalibus, juribus, ac Privilegiis Electoralis Palatinatus, inveſtierit: & hujus facti cauſam, per ſuum tùm temporis Procancellarium, diſertis verbis*, ex Bullâ Aureâ, *reddiderit.*(2.) *Ipſi Heidelbergenſes, id temporis, eam Cæſaream Contutelæ Confirmationem, nec factam, nec fieri potuiſſe, voce & ſcriptis, aſſeverârunt: per rationes ferè ſequentes.* 1. *Quòd à judicibus ſæpe-*

numero per ſub- & obreptionem Reſcripta extorqueantur: quibus illa conditio, ſui natura, ſemper inſit: ſi preces veritate nitantur: 2. *quod nequaquã præſumatur de Cæſ. Majeſtate, omnis Juſtitiæ Fonte: eam, in præjudicium tertii, nulla cauſa cognitione praviâ, quidquam ſtatuere voluiſſe: 3. quòd confirmari non potuerit: quod jure nunquam ſubſtitit: 4. quòd denique Bullæ Aureæ ejusmodi Confirmationes dudum invalidas, irritasq; eſſe, & haberi, juſſerint.*

Quam ſententiam & ipſe Elector Fridericus, nuper defunctus. poſtea amplexus eſt: cùm (1.) non ſolùm, exacto decimo quarto ætatis anno, adhuc ſub Tutelâ ſui Patrui, Johannis Caſimiri, conſtitutus, Contutelæ, in Paterno teſtamento inſtitutæ, Proteſtando *palàm contradixit: (2.) ſed &, ſuſcepto Electoratu, eadem publicè dicentibus & ſcribentibus aliis adſtipulatus eſt: de quo conſulatur* Oratio Marq. Freheri, Conſil. Heidelberg. ſecunda, fol. 39. 5 ſanè, verſ. Ipſe. & verſ. quæ paterna: *cujus recitationi ipſe Elector, anno 1592. interfuit, ac præfuit. Et numquid itaq; plus (nempè totalem Proximioris Adgnati Excluſionem) ſibi licere exiſtimavit: qui Parenti olim minus, (nempè Contutorum Adjunctionem) non licere judicavit?*

Nec

*Nec alia S.Cæſ. Majeſtatis, in præſenti quoq; negotio, mens fuit : cùm 1. teſtamenti Electoralis, imprimis quoad punctum Tutelæ, confirmationē, Ratisbonæ, in ipſo Comitiorum fervore, cùm de Collectis & Contributionibus, inter Imperii Ordines, deliberaretur, à D. Chriſtiano Principe Anhaldino, diligentiſſimè quæſitam, anno 1603. d. 3. & 14. Maji, iterum atq; iterum recuſavit: 2. cùm tandem & , nonniſi prætextu Legitimæ diſpoſitionis, atque adeò, per falſæ cauſæ indicium, ſub- & obreptitiè S.Cæſ. Majeſtas inducta, 22. Novemb. anno 1607. ſuum aſſenſum quidem dedit: 3. ad Tutelæ tamen Electoralis, teſtamento comprehenſæ, ſpecialem Confirmationem ſeſe tot inhiantium poſtulationibus permoveri nunquam paſſa fuit. 4. nec aliter hanc ſuam Confirmationem accipi voluit: niſi ſub conditione & clauſulâ : (*ſi preces veritate nitantur*) quæ omnibus Imperatorum Reſcriptis tacitè ineſt: & in hoc Cæſareo Reſcripto manifeſtâ* Relatione ad Petitionem propoſitam *exprimitur. 5. Cæſarea inſuper Majeſtas jus ſuum Tertio ſalvum expreſſé reſervavit. 6. nec aliàs ullo modo, contra Legum Imperii à ſe promiſſam obſervantiam, quidquam admittere decrevit. 7. cùm denique hoc Teſtamentum Electorale, nullâ ſui parte, nullo modo,*

modo, S. Cæſar. Majeſtati (uti maximè oportebat, & factitatum antè à Ludovico Electore fuerat) ad videndum & legendum unquam ſit oblatum, & traditum: quod quare Adverſarii ſubterfugerint: qui naris ſunt paulò emunctioris, facilè ſubodorantur.

II. Epiſtolam duorum Electorum, Adverſarii, primò, non eodem ſemper tenore, miſerè verò depravatam ubiq; allegant: deinde nullum adeò ſperare ſubſidium ab eadem poſſunt: ut propriam etiã cauſam magis vulnerent.

Etenim (1.) omittitur ab Adverſariis mentio Adgnati: *quem Electores, in ſuo ſcripto, nuncupatim conjungunt* cũ illis perſonis, vel amicis: quorum Elector perſpectam habens, & amplexus fidem, Liberis ſuis teſtamento Tutores adjuncturus ſit: (2.) *ab iisdem diſſimulatur: quod Tutela Teſtamentaria, in dictâ epiſtolâ, non ſimpliciter ad ipſum Electoratum, eidemque connexas Ditiones, jura, Privilegia, ſed* ad bona & facultates Electorum hereditarias, *refertur.* (3.) *nec epiſtola, (quod Adverſarii prætendunt) de ipſius Tutelæ jure, ſed de* Contutela, *non de ordinatione,* (**verord-nung**) *ſed de* coordinatione & adjunctione Tutorum (**zuordnung**) *ſonat.*

Quinimo

Quinimò ſi integrum epiſtolæ iſtius contextum inſpicias: tantum abeſt, ut in eâdem Electores Proximum Adgnatum à Tutelâ Electorali excludant: ut potius eundem efficaciſſimè, etiam in caſu teſtati, includant: cùm 1. ab Aureâ Bullâ Proximo Adgnato *deferri tutelam ſcribunt: cùm* 2. eundem *ad Tutelam, quamvis ſimul cum aliis Contutoribus, admittunt: cùm 3. tutelarem illam adjunctionem* ad bona Electoris hereditaria *reſtringunt: cùm 4. nullam de Tutela ipsâ verbum, ſed tantùm de* contutela, *faciunt: cùm. 5. Pactā & Conſuetudines Familiæ Palatinæ* ſibi non ſatis notas *dicunt: cùm deniq; 6. nihil definiunt: ſed hujus rei deciſionem* ad Collegium Electorale *rejiciunt. Eant nunc Adverſarii, & in hac Electorum epiſtolâ latibulum quærant!*

III. *Nec melioris ſpei ſolatio recreatos eos dimittit trium, quos producunt, Principum factum. Nam (1.) tres inter Principes illos, interque Johann. Caſimirum Palat. non hoc controverſum fuit: an Johan. Caſimirus, tanquam Proximior & Senior Adgnatus, à Tutelâ ſui ex Fratre Nepotis* excludi teſtamento *potuerit: (id quod hodiè* κρινόμενον*) ſed* numquid Teſtator, tres illos Principes, unà cum Iohan. Caſimiro, Fratre, ad Tute-

læ officium ſimul obeundum, rectè & jure cõjunxerit. (2.) *Quantâ etiam modeſtiâ, & ſobrietate, ſæpedicti Principes cauſam illam, adverſus Johan. Caſimirum Palat. ſuſceperint & tractârint: & quàm dextrè, de jure Tutelæ Proximi Adgnati Electoralis proprio, judicarint: ſuperiùs in argumento Neuburgicorum octavo relatum.*

IV. *In hoc, quod Adverſarii de Teſtamentis & Pactionibus Principum Palatinorũ afferunt, ſuã mentem ſtudio quodam involviſſe videtur: ut non facilè intelligas: an teſtati ſimul, & pacti ſint Principes Palatini: an verò utrumque horum alternatim fecerint: quorum quidem illud abſurdum & contra naturam, atque ſubſtantiam teſtamentorũ eſt: ut ab aliorum arbitrio dependeant: horum verò iſtud, nempè, liberè teſtatos eſſe Electores Palatinos de Electoratu, pernegatur: ſolæ pactiones duæ interveniſſe conceduntur.*

Nam inter Palatinum Electorem, Philippum, quem Scriptores Ingenuum indigetant, ejusque Filios tum ſuperſtites ſeptem, anno 1506. Heidelbergæ, tale initum pactum fuit: ut ad Philippi, ex Ruperto filio Tertiogenito defuncto, duos nepotes, Ottonem-Henricum, & Philippum, id temporis impuberes, Electoratus non antè devol-

vere-

veretur: quàm reliqui Ruperti fratres omnes, etiam natu minores, cum ſuâ progenie, defeciſſent: aut ſtatum vitæ Laicum, cum Eccleſiaſtico commutâſſent. *Cæterùm Ludovico Electore, Primogenito Philippi Electoris Filio, abſque Liberis mortuo, rurſus ſublata fuit ea prima conventio. Nam inter Ottonem-Henricum, ſupradicti Ruperti filium, & inter Ottonis Henrici Patruum, & olim Tutorem, Fridericum II. Philippi quartogenitum, anno 1524. denuò pactum eſt* : ut ne ullus poſthac alius ex Philippi Electoris Filiis, præter hunc Fridericum, Ottoni-Henrico in Electoratu præferretur.

Quid nunc iſthac Philippi Electoris cum Filiis pactio ad Adverſarios? quam prorſus illegitimam & invalidam fuiſſe liquet. Nam (1.) *Legibus Imperii ſancitum eſt : ne, (quod hic inter paciſcentes convenit) Succeſſio in Electoratu pro ætatis, ſed* pro Stirpis & lineæ prærogativâ, *fiat*: (2.) *in hac pactione non adfuit, nec adeſſe per ætatem potuit, conſenſus eorum, quorum principaliter interfuit: nempè, Infantum, Philippi ex Filio Ruperto Nepotũ: ſicut res inter alios acta ipſis præjudicare nequiverit:* (3.) *uti nec in Literis & Inſtrumẽto Pactionis,*

quod omnes Philippi, Electoris, Filii ſubſcripſerunt, Fridericus Palatinus, Liberorum Ruperti Tutor, Pupillorum ſuorum nomine, quicquam remiſit: & verò, in re tanti momenti, in ipſorum præjudicium, ne quidem remittere valuit: cùm nemini ſuum Legibus Imperii quæſitum jus auferri poßit invito.

Aut, ſi maximè legibus ſubſiſtat iſta pactio: ne ſic tamen Adverſariorum παραδόξῳ *opitulatur: quòd 1. ea pactio perſonas paciſcentes hîc non egrediatur, nec trahi in conſequentiam poßit: 2. uti nec illa ſuum ex ſeſe ſortita effectum fuit: ſed quicquid Fridericus II. Elector, contra Bullas Cæſareas, hîc obtinuit: non niſi conſentiente, & jus ſuum remittente, Ottone-Henrico, obtinuit: 3. nunc etiam Pactionibus Familiæ Palatinæ recentioribus, quaſi juramento firmatis, illa penitùs ſublata, & ad præſcriptum Bullarum Cæſarearum redacta eſt. 4. Sed nec argumentum hîc duci à pactis ad ultimas voluntates poßit. In teſtamento enim abſolutus cõſenſus eſt, in pactis relatus: in teſtamento ſolius Teſtatoris placitum ſufficit, in pactis mutuus conſenſus paciſcentium requiritur: ultima hominum voluntas, & diſpoſitio, certis legum Cancellis circumſcripta eſt, quos egredi nullo modo poßit: in pactis hominis conventio præfertur diſpoſitioni juris: in*

his

his, quæ juri è diametro non ſunt contraria: hinc juri noſtro renunciare paciſcendo poſſumus: at, ne leges in teſtamento noſtro locum habeant, pactio nulla eſt. Ut ut ergò pacta iſta ſe habeant: inſigne profectò documentum præbent: Succeſſionem in Electoratu, juxta Sanguinis & Primogenituræ ordinem, ſolâ lege, *deferri.*

Quamvis etiam Sereniſſimus Palatinus Neuburgicus, in epiſtola, die 14. Febr. anno 1584. ad Ludovicum, VVirtembergæ Ducem, ſcriptâ, hunc Ludovicum, & cæteros duos Principes, Contutores, Iohan. Caſimiro Palat. Ludovici Electoris teſtamento adjunctos, *appellârit: quamvis ipſorum prudẽtiæ commiſerit:* quid in toto iſto negotio facto opus judicaturi ſint: *quãvis deniq; maturè capiendũ conſilium eſſe, monuerit*: quomodo Religionis mutationibus, à Iohann. Caſimiro tùm ceptis, obviari queat: *attamen* (1.) *certum eſt: Palatino Neuburgico, teſtamentum Ludovici Electoris, nunquam oculis uſurpatum: multò minùs de cauſis & modo Contutelæ ipſi quicquam conſtitiſſe:* (2.) *nec in iſtâ Adjunctionis Tutelaris controverſiâ, de ſuâ ſententiâ tum interrogatum fuiſſe: nec mentem ſuam deſuper declaraſſe: aut quicquam definiviſſe: ſed, quæ* auditione *acceperat, nudè reci-*

taſſe:(3) in conſilio dando, apud Ducem VVirtenbergicũ, Ludovicũ, fidelis Amici & Vicini officio fũctum: nec minore fide & ſollicitudine idẽ apud Joh. Caſimirũ Palat. præſtitiſſe. Veriſſima hæc eſſe, ex alia quoq; Palatini Neuburgici epiſtolâ, ad eundem Ludovicũ, VVirtembergæ Ducem, 15. Maji, ejusdẽ anni, datâ, liquidiſſimè apparet: ubi ſimul ſuam de Contutelâ iſtâ ſententiam exponit: &, Arbitrari ſe quidem, *ait*: ſi à Iohan. Caſimiro ſuum Religioni in Electoratu decus & pax reſtituatur: & in Patriâ Religione Pupillus Electoralis educetur: Ludovicum, ejuſque in Tutelâ Collegas, concordiæ cauſâ, in cæteris quietos eſſe poſſe: prout ex Ludovici literis ipſe intellexerit: jam antè, communi Principum Contutorum nomine erga Iohan. Caſimirum eam factam animi declarationem: quòd de jure ex Bullis Aureis, *P*actis & Conſuetudine ipſi competente, litem movere non conſtituerint. *&c.*

Num verò 1. Fridericus IV. Elector Legũ Imperii & Conſuetudinis ſcientiã aut memoriã habuerit: iã nõ quæritur: illud probatũ hactenus: quòd de Tutela Liberorũ contra Leges & Sanctiones Imperii pragmaticas, cõtraq; Pacta Familiæ, cõtraq; Morẽ Majorũ, ſit teſtatus. 2. De Principibus, tã Imperii, quã Exteris, ſi quos Elector Fridericus hìc cõſuluit, benè

ſperant,& honeſtiſſimè judicant Neuburgici. Cæ*terũ,& multũ referre iidẽ nôrunt:quo quidvis modo proponatur:quo animo,quâ ſcientiâ, ad conſultandũ quiſq; accedat.*C*õſiliarios quidẽ Heidelbergenſes modernos pleroſq;,notũ eſt,& in recẽti hominũ memoriâ verſatur: Joh.* Ca*ſimiri, Palatini tẽpore,de hac causâ Tutelari, longè rectiùs ſenſiſſe, ſcripſiſſe,dixiſſe: qui nunc,ut Scenæ ſerviant, veſtẽ invertunt.3.Siquidẽ Adverſarii Electorẽ Fridericũ commendãt in eo:quòd Legũ,& Conſuetudinis obſervãtiſſimus,Tutorẽ Liberorũ,non peregrinũ,ſed* ex Familiâ & Adgnatione Palatinâ, *non plures, ſed* tantũ unicũ *teſtamẽto fecerit:quis verò illũ in hoc,ut* Adgnatũ,*eumq;* unicũ, *Tutorẽ teſtamento conſtitueret,Bullarũ vinculis coërcens, cæteris ejus dẽ Legis partibus ſolutũ proprio ire arbitrio permiſit?*4.*Si porrò Adverſariorũ opinio vera eſt:quòd in teſtamẽtariis diſpoſitionibus de Tutelâ,Elector Bullarũ Conſtitutionibus non ita illigatus teneatur: quin ſubindè ad juris communis Juſtinianéi latifundia liberè excurrere poſſit:quid impediet: ne Elector, eodẽ hoc jure,*Vnũ *P*lures,Indigenas Exteros, Maſculos Fœminas, Summos Infimos, Purè,vel ſub Conditione,*&c.Tutores promiſcuè,& pro libitu, cõſtituat? nihil,inquã,Electorẽ impediet:etiãſi quid eius-*

ejuſmodi factum nondum ſit: aut nunc etiam facere fortè nemo decreverit. Nam & id abſurdum eſt: quod ſequi ullo modo poteſt: quamvis nondum ſequatur.

V. Ad quem (1.) effectum Camera Imperialis adverſus Joh. Caſimirum Palat. Citationem *&* Cōpulſoriales *decreverit: & quo ſenſu verba, ab Adverſariis ex Voto 4.* Symph. part. *1.* tom. *2. adducta, accipienda ſint: agite, ex ipſis Cameræ Aſſeſſoribus in dicto Voto 4. audiamus. Sic autem illi* n. 11. Ad cauſæ merita pertinet, an Contutores teſtamento rectè ſint ordinati, nec nè: atque ideò editione & inſpectione teſtamenti nihil præjudicatur vel adimitur Proximo Adgnato: cùm adhuc alia ſentētia in causâ Principali exſpectetur. Et num. 30. In puncto, *inquiunt*, Cōpetentiæ tantùm causâ decisâ: per ejusmodi interlocutoriam in reliquis nihil præjudicatur: ſi Reus (*Joh. Caſimirus Palat.*) defenſiones habeat legitimas. *Et paulò pòſt*, num. 32. Editio teſtamenti non infert neceſſariò confirmationem teſtamenti, aut tutelæ: ideoque & hîc diſtincti ſunt proceſſus: & in utroque ſuper Competentiâ tantùm adhùc cauſa definita. *Quis etiam ſuſpicetur: Summi Dicaſterii in Imperio Judices, Reum, in ipſo limine judicii*

judicii, tantâ in re, præjudiciali ſententiâ percelle- re & prædamnare, aut ſaltem de ejusdem jure, non- dum in judicii arenam producto, ſiniſtras & dubi- as ſpargere voces voluiſſe? (2.) Nec plus in dubita- tionem adducunt Camerales, in verbis ab Adver- ſariis allegatis: quàm tum in controverſiam voca- batur: nempè, adjunctionẽ Tutoris: *cùm de Pro- ximioris & Senioris Adgnati Excluſione, quam nunc Adverſarii moliuntur, eâ tempeſtate, nulla eſſet dubitatio, nulla quæſtio.*

VI. Teſtimonium, *inquit Philoſophus*, præcipu- am fidem ex moribus arguentis efficit: ſi Pru- dentia, Virtus, & Benevolentia, adfuerint: *juxta illud Menandri apud Plutarchum:* Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος: mores dicentis, non ſermones, perſuadent. *Has inculpati teſtimonii notas, in* Fre- hero, & Gothofredo, *inexcuſabile mentis & ca- lami vitium deterſit: quorum ſi ille dictorum, ſcri- ptorumque ſervare Conſtantiam, Hic Officium & Modeſtiam potuiſſet: eos magnis viris poſteritas accenſuiſſet. Nam mundi parietibus jam pridem fama adſcripſit: quomodo,* Friderico *IV. Palat. E- lectoratum ſuſcipiente: & eandẽ, quam hodiè Neu- burgici urgent, Legis Publicæ ſententiam proban- te: huic ſententia* Freherus, *Orationibus publicè re-*

citatis & evulgatis, graviſſimum veritatis teſtimonium tum perhibuerit: qui rerum vicibus, voluntatibusque ſuorum mutatis, & ipſe ſeſe inclinans, (inviti hæc dicimus in virum aliàs ſatis modeſtum & eruditum) & ad verſatiles temporum & fortunæ opportunitates ſe adtemperans: & citò diſperituram favoris auram famæ immortalitati præferens: nunc demum diverſam & priori contrariam ſententiam amplectitur, hanc ſanctiſſimam veritatem pronunciat: hanc: quaſi ære conductus præco, laudibus in cœlum evehit: mox tamen (quis enim dubitet?) ad priſtinam ſententiam, ſi res ita ferat, pari libertate reverſurus: quà ab eàdem primùm receſſit. Inter hæc verò accerrimum animi & conſcientiæ morbum & morſum recentior ejusdem Scriptio, quam veluti animam agentem, Singularibus, Notis, & Additionibus, itemque Analectis, & Notarum Notis, *quaſi quodam docto Pharmaco, ſubindè erigere & refocillare fruſtrà adlaborat, nec non ad aliorum guſtum & nutum adſtrictus ſervus ſtylus, tegere non poſſunt.* Gothofredo, *ſuo quodam merito, occinitur illud vulgatum:* Ne Sutor ultra crepidam: *hoc eſt, ne (compilator umbraticus ultra notas ſuas Scholaſticas: &,* Ne de Athenienſibus Arcas. *(ujus quidem hominis*

nis temeritatẽ, & effrenem maledicentiam, quã in Scripto, per ſe quidem Battologico, & omniũ artiũ Sophiſticarum ac vaniſſimarum vanitatum quodam quaſi Oceano, adverſus Seniorem & Proximiorem Adgnatum Electoralẽ, Palatinum, is nuper exercuit, ne ipſi quidem Adverſarii probare poterunt. Hoc, ſcilicet, modo fas erat, à Literatore Gallo tractari Principem Germaniæ, inter Germanos!

VII. Utinam Adverſarii Gallorum Regum, in legibus Regni ſui obſervandis, religionem ſic imitẽtur: quemadmodum, ad leges Imperii oppugnandas, ipſorum exemplis abutuntur. Nempè, de Tutelâ teſtamentariâ in Gallia Lex Regni nulla eſt: ideò liberè uſurpatur à Regibus: idem facturi Germaniæ Electores: ſi certus poteſtatis modus in Tutelis non ſit lege publicâ ipſis impoſitus. Nam quòd Adverſarii Lucium Pariſienſem objiciunt: ut ſimilẽ de Tutela legẽ in Regiâ Gallorũ Familiâ extare probent: rurſus artificiũ, quo in citandis & detruncandis aliorũ verbis, uti cõſueverunt, prodũt: aſſertivè, & puré dictũ proponẽtes: de quo ipſemet autor vehementer dubitavit: cũ recitationi ſuæ talẽ parẽtheſin (ab Adverſariis omiſſam) inſeruit: niſi in iis, quę habemus, transſcribendis, aliquid erratũ fuerit.

Et verò, quòd in transſcribendâ hac lege Lucius erraverit: ex Renato Choppino, Gallo, cognoſcere eſt: qui, à Carolo IV. Gallorum Rege ſtatutum, *ſcribit:* ut Primogenitus, quâcunque ætate, Rex ſacraretur: Reginæ interim tutelâ Regni delatâ. *Quem igitur ad modum finibus atque agris, ita quoque legibus, Reſpublicæ diſtinguuntur: nec magis Gallicæ ditionis qui ſunt, noſtris, quàm nos ipſorum legibus adſtringimur: ſed ſuarum legum tantò tenaciorem unamquamque Rempublicam eſſe convenit: quò firmioribus Clauſularum munimentis illæ vallatæ ſunt: & iis, veluti muro, Reipublicæ univerſitas concluditur.*

De Doma. Gallic. lib 3. tit. 5. n. 4.

X. *Argumentum.*

Quicquid Pactis Familiæ Palatinæ Electori Palatino non eſt ademtum: & ne adimi quidem ullâ cõventione privatâ potuit: utique permiſſum ei fuerit.

Libera teſtandi facultas de Tutela Pactis Familiæ Palatinæ Electori Palatino non eſt ademta: & ne adimi quidem ullâ conventione privatâ potuit.

Kurtz. Ber. §. Wardan. f. 12. Wider leg. f. 78. & ſeqq. Defenſ. § Quæ in. f. 40. 41. Ablenung §. das aber f. 53. Gothofr. lib. 3. refut. 41. lib. 6. repl. 26.

1. Quia Neuburgici in Libello Lavingæ impreſſo, *cui titulum fecerunt*, Kurtze anzeig/ *pag.* 16. ipſimet

ipſimet rotundè fatentur: *quòd in Pactis illis Gentilitiis nulla ſpecialis fiat Tutelæ & Adminiſtrationis Electoralis mentio, ſed de Succeſſione tantùm tractetur.* 2. Quare, cùm transactiones ſint ſtricti juris: non debent ulteriùs extendi, quàm loquuntur: 3. Præſertim, quia à Succeſſione ad Tutelam non poteſt firmum duci argumentum: extante cumprimis teſtamento: idque jure non modò Romano, ſed & *P*latonico, omniumque Gentium communi: 4. adeò, ut ſi maximè ab hoc tam pervulgato, & apud omnes Gentes, non planè barbaricas, recepto jure, pactis & tranſactionibus privatis, Principes Palatini recedere voluiſſent: non tam facilè potuiſſent.

Libera ergò teſtandi facultas de Tutelâ, Electori Palatino eſt permiſſa.

RESP. ET REFVT.

E*tſi I. Tutelæ Electoralis in Pactis Familiæ Palatinæ non ſit nuncupatim mentio : hiſce tamen eandem reipsâ firmiter includi, ad eamque reſpexiſſe paciſcentes, patet:* (*1.*) *quia Principes paciſcentes ad Bullarum Cæſarearum obſervantiam* indiſtin-

ctè & generaliter *ſeſe adſtrinxerunt : quorum pars non poſtrema eſt & illa de Tutelâ Electorali ſanctio: (2.) quia Tutela & Succeſſio Electoralis* Conditionis ac Modi *vinculo, planè adamantino, in Bullis Cæſareis ita colligata ſunt: ut qui ad Succeſſionis Electoralis ibidem ſancitæ normam ſervandam ſeſe obligat: non poſſit non ſimul eidem inſegregabiliter connexam, & quaſi radicitùs inſitam, Qualitatem, quam à Tutelâ Electorali accipit, cum omnibus ſuis Proprietatibus, promittere.*

II. Pacta itaq; Familiæ Palatinæ etiam de Tutela Electorali verè concepta ſunt: nec latiùs illa hìc extenduntur, quàm loquuntur.

III. Solidaque eſt & invicta à Succeſſione Electorali ad Tutelam illatio: ut ſæpiùs jam probatum.

IV. Nam & illud, quod de Romanorum & Platonis, omniumq; Gentium cõmuni jure hìc attexitur: ex his, quæ ſuprà, ad primum Adverſariorum argumentum, de æquitate Legis Tutelaris Bullarum, dicta ſunt, facilem ſolutionem habet: quò & brevitatis causâ Lectorem remittimus.

Quare, cùm Tutela Electoralis, in Bullis Cæſareis præſcripta, ſit res omni jure licita, & permiſſa: non eſt illicita, aut vetita, de eâdem pactio.

XI. Ar-

Digitized by Google

XI. *Argumentum.*

Si, poſt Bullas Cæſareas latas, Electores, tàm in Familia Palatinâ, quàm Saxonicâ, in conſtituendis teſtamento Tutoribus, à Bullarum diſpoſitione liberè & impunè diſceſſerunt: nunc quoque idem obſervari, æquum eſt.

Widerleg. §. demnach. f. 22.

Illud planum fit I. Exemplo Ludovici III. Palatini Electoris, cognomento Barbati: qui Ottonem, Fratrem ſuum Iuniorem, excluſis Iohanne & Stephano, natu Majoribus, teſtamento & ultimâ voluntate, aliquoties repetitâ, Tutorem conſtituit: quam tutelam & Otto poſt obitum Ludovici geſſit: & ipſo adhuc Sigiſmundo Imperatore ſuperſtite, ad officia Electoralia expediunda admiſſus publicè fuit.

Kurtz. Berichi §. Weiſandt. f. 13. & ſeqq. Widerleg. §. nun hatt. f 46. §. Was hatt. f 61 §. aus denſelben. f. 89. & ſeqq. uſque ad fol. 100. Defenſ. §. de contrar. f. 48. Ableinũg. §. vndt Wer. f. 43. §. dan das. f 54. Freher. f. 9. 10 31. Gothofr. lib. 2 adſ. 11. 12. lib. 3. ref. 40. lib. 6. repl. 23.

II. Exemplo Chriſtiani II. Saxoniæ Electoris: qui præter Seniorem & Proximiorem Adgnatum, Fridericum VVilhelmum, teſtamento tutorem inſuper ſcripſit Iohannem Georgium, Electorem Brandenburgicum, Liberorum ſuorum Avum maternum.

Defenſ. §. cumque. f. 5. §. De ſaxon. f. 43. Gothofr. lib. 3. ref. 8. in f.

Ergò nunc quoque idem obſervari, æquum eſt.

Digitized by Google

RESP. ET REFUT.

Ludovici Barbati exemplo, quantũvis Adverſarii id à matre, quod ajunt, Evandri repetitum in ſcriptis ſuis longè latéq; diducunt: ſuum tamen cõtegere errorem minimè poſſunt.

Multa enim I. in hac Ludovici diſpoſitione Bullarum Cæſarearum Sanctioni è regione contraria deprehenduntur: (1.) quia Ludovicus hanc Tutelam Ottoni fratri commendatam, non decimo octavo Primogeniti Filii, ſed vigeſimo demum ætatis anno, finiri cavit: (2.) quia Tutorem non aliter, nec priùs teneri à tutela diſcedere voluit: niſi Succeſſor Electoralis, ſe omnia ea ſervaturum, juratò datisq; literis, promiſiſſet: quæ ipſe Ludovicus conſtituiſſet: (3.) quia Tutor ille Electoralis, indigno planè & Pupillari Adminiſtrationis genere, abſque trium ſibi adjunctorum Conſiliariorum, aut majoris ipſorum partis, conſenſu & approbatione, ne in minimis quidem ſtatuere quicquam potuit: &, ne cum effectu & veré Tutor & Adminiſtrator, juxta Bullas *Cæſareas, unquam eſſet: uno ex hiſce tribus mortuo, ipſe cum adhuc ſuperſtitibus, in illius locum, cõjunctis votis, eligere & cooptare Collegam, Contutorem, & Coadminiſtratorem alium, coactus fuit.*

Quis

Digitized by Google

Quis igitur in tanta hujus Tutelæ anomaliâ, & à Bullis Cæſareis prorſus diametrali diſcrepantiâ, harum ſenſum & interpetationem ex illa petēdam opinetur: & non potiùs ſtatuat: Privatum placitum adverſus Legis publicæ cōſtitutionem & prohibitionem, viribus nequaquam ſubſiſtere, multò minùs ad imitationem trahi poſſe.

Nec II. *ad pleniorem Tutelæ hujus tam heteroclitæ dijudicationem illud omittendum: cujus Hiſtorici in ſcriptis publicis meminerunt:* Hunc, *ſcilicet,* Ludovicum *(abſit dicto invidia)* per Conſiliarios fuiſſe à gubernatione remotum: vel ob largitatem, *quod Andr. Preſbyter tradit*: vel propter cæcitatem, & varias infirmitates, *Trithemio autore:* vel, *quòd in Chron. Germanico manuſcripto, fol. 65. legitur, & dictus Preſbyter, in Chron. Ducum Bavar. fol. 133. confirmat,* Conjugis injuriâ. *Quâ occaſione multa in gubernatione mutata, noviterque introducta, conſtitutaque fuiſſe, quid mirum?*

III. *Quid? quòd huic Ludovici diſpoſitioni tutelari ejusdem fratres duo* Iohannes & Stephanus, *qui ætate Ottonem præcedebant, tandem ſpontè ceſſerunt, ac detulerunt: &* Stephanus *quidem ſtatim anno 1413. die Cōceptionis Mariæ, Germershemii,*

datis etiam Reverſalibus: quanquam Iohannes, *natu maximus, quieſcere antè non voluerit: quã ſibi, ac Filio ſuo Chriſtophoro, poſteà Daniæ, Sveciæ, ac Norvegiæ Regi, Palatinatus Bavariæ Superior, uſq; dum Primogenitus Electoralis deſtinatũ annorum numerum expleviſſet, pleno jure utendi, fruẽdi, conceſſus fuit ac traditus. Si itaq; Tutela in Ottonẽ transferri teſtamento liberè potuit: quid iſtâ inter hunc & Seniores ejus fratres transactione opus? ſi Fratrum Ottonis petitio nullo jure nitebatur: cur Teſtamentarius Tutor nõ ſuo hîc jure uſus? Sed & S. Rom. Imperium, re inter Fratres hoc modo compoſitâ, tãtò faciliùs aſſenſum præbuit: quòd ſpontaneâ illâ Seniorum* Fratrum, *de favore & dignitate ſibi publicè delatâ, Conceſſione, nil Imperio & Legibus advorſum agi intelligeret.*

Pariter nec ad Chriſtiani II. Saxoniæ Electoris, Teſtamentum Adverſariis ullum tutum refugium eſt. Quatenus enim, & quo potiùs Honoris titulo, quàm veri Tutoris poteſtate, Johannes Georgius, Elector Brandẽburgicus, Tutor fuerit: declarat (1.) *ipſum Electoris Chriſtiani teſtamentũ: in quo Duci Friderico Vuilhelmo Tutela ideò aßignata fuit: quòd* Lege publicâ Bullarũ, & aliàs, *ad eundẽ illa pertinuerit.* (2.) *Quod & ipſe Elector Brandenburgicus facilè agnovit: eamque ob rẽ, inter ipſum, &*

Fridericũ Vvilhelmũ, pòſt, anno 1591.4. *Decembr. cõvenit: ut Fridericus Vvilhelmus*, tanquã Proximus Adgnatus, *Adminiſtrationi & gubernationi Electoratus Saxonici, eiq́ connexarũ Ditionũ, præeſſet: (3.) ut reſcripta, miniſtrorũ obligationes, inveſtiturarũ, & publica inſtrumẽta alia, utriuſq́ Principes nomine quidẽ fierent & perſcriberẽtur: ceterũ Fridericus Vvilhelmus* Adminiſtratoris *Saxoniæ titulo* SOLVS *inſigniretur: (4.) utque Officiarii, & quicunq́ Miniſtri Electorales, in negotiis gerendis, Ducẽ Fridericũ Vvilhelmũ*, tanquã Adminiſtratorẽ Electoralẽ, *unicè reſpicere, ejusque exſpectare decreta, & obtẽperare juſsionibus, adſtringerentur.* (5.) *Anno quoque* 1592. *die* 25. *April. in tractatione quâdã, inter eoſdẽ Principes Dreſdæ inſtitutâ, ſcriptũ extat: D. Fridericũ Vvilhelmum, Ducem Saxonicũ, Adminiſtrationẽ Electoratus Saxoniæ*, vigore Aureæ Bullæ, & proximæ Adgnationis, *ſuſcepiſſe. (6.) Quin etiam Electoratus Saxoniæ Status atq́ Ordines, ab eodem* Friderico *Vvilhelmo ſummoperè contenderunt: ut gubernationis & Aulæ ſedem Torgæ collocaret: quod & poſtea ita factum: (7.) præſtare inſuper homagiũ aliâ cõditione detrectârunt: niſi ut ipſe ſolus gubernationis clavũ teneret: (8.) Quò & circa in Comitiis, anno* 1594. *Ratisbonæ celebratis*, Tutoris & Adminiſtratoris Ele-

ctoratus Saxoniæ *locum is* Solvs *tenuit: quo & titulo, ipſius nomen Catalogo Principum atq; Ordinum Imperii, in iiſdem, nec non anno 1598. habitis* Comitiis*, adſcriptum publicè legitur. Fridericũ ergo VVilhelmum, Saxoniæ Ducem, ſenectuti, honori, atq; autoritati Avi materni ſuorum Pupillorum eatenus conceſſiſſe, videmus: ut tamen* legitimus Tutor & Adminiſtrator Electoralis *ipſe & haberi, & eſſe* ſolus *voluerit: & quòd pro tali, non tantùm ab ipſo* Teſtatore, *& quem is Tutorẽ Honorarium ei adjunxerat*, Electore Brandenburgico, *ſed ab omnibus etiam* Electoratus Saxoniæ Ordinibus, totoque S. Rom. Imperio, *ſit agnitus.*

Quæ omnia Neuburgicorum ſententiam magis etiam magisque ſtabiliunt: Proximo, *nempe*, Adgnato Electorali, invito & repugnanti, Tutelam ullo teſtamento interverti non poſſe.

XII. *Argumentum.*

Kurn. Ber. 5 So habẽ. verl. hinge. gen f. 19.

Si nullo exemplo idoneo demonſtari poteſt: Teſtamentarias Tutelas Electorales, à Bullis Cæſareis diſcrepantes, ad earundẽ præſcriptum unquam fuiſſe revocatas: verum manet: quod de Teſtamentariis Tutelis Electoralibus, Legitimas excludentibus, aſſertum hactenus fuit.

Prius

Prius probatur exemplorum contrariorum remotione.

Licet enim I. Leonhardus quidam Bawholtz Andreæ Presbyteri Additionator, ſcriptum reliquerit: *Fridericum Palatinum, contra ultimam Fratris ſui Ludovici IV. Electoris Palatini voluntatem, quâ Tutores Filii, Archiepiſcopum Moguntinum, & Udalricum, Ducem Uuirtenbergicum, deſignaverat, Tutelam geſſiſſe*: tamen (1) Leonhardus iſte Bawholtz, eſt Scriptor admodùm obſcurus, fabulator, monachus, terræ filius: nec in Archivo Electorali Palatino, de ejusmodi Tutelari diſpoſitione, quicquã uſpiam reperitur annotatum: (2) cumque iſthoc Leonhardo non cõſentiũt Autores multò graviſſimi: Trithemius, VVitekindus, Nauclerus. Trithemius in hujus Friderici Palatini, cognomẽto Victorioſi, rebus geſtis, *Ludovicus IV.* inquit, *moriturus fratri ſuo Friderico, Filium ſuum unigenitum Philippum, & omnem Principatum, commendavit: ſub tali, videlicet, conditione: ut ipſe Tutoris ageret officium: quouſque Philippus octavum decimum cõplevisset annum.* Et hoc ipſum in Chron. Sponhemenſi repetit idem autor: eique adſtipulatur VVitekindus, Profeſſor olim Heidelbergenſis.

Widerleg. f. 01. & ſeqq. Defenſ. 5. no lumus f. 49. 50. Ableinung f. 56. Freher. f. 45. 46. 47. Gothof. li 3. ref. 6 lib 4. repl. 7. lib 6 repl. 33.

Nauclerus verò, Præpoſitus Tubingenſis, ubi Bellum, inter Vdalricum Comitem Vvirtëbergicum,& Fridericum Palatinum geſtum, deſcribit: hujus Tutelæ ne verbulo quidem meminit.

Kurtz Ber. f.20. Widerleg §. der Ortites f.104. & ſeqq. De fenſ. f.52 & ſeqq. Ablei nung. § auß welchen f. 62.& ſeqq. Gothofr. lib. 4. ref.7.38. lib.4. repl.11. f.40.41 lib. 5. in pr. lib 6. repl.21. f 202.& ſeqq

II. Ac licet anno 1584. tres Principes, à Ludovico V. Electore Palatino, teſtamẽto deſignati Cõtutores à Iohanne Caſimiro, Ludovici fratre, nõ fuerint ad Tutelam admiſſi: tamen hoc factum Caſimirianum, partim eſt à pręſenti negotio toto cælo diverſum, partim erroneum.

Diverſum ideò eſt: quia Iohannes Caſimirus, Palatinus,(1.) quoad ipſam Tutelam, nullum habuit contradictorem: (2.) quia in teſtamento Fraterno nullo modo præteritus, multò minùs excluſus: (3.) interque ipſum, Pupillumque Electoralem, jus mutuæ Succeſſionis ab inteſtato, fuit: (4.) quia denique Poſſeſſionẽ Adminiſtrationis tenuit: cui aliquid concedi *Pacis publicæ bono* potuit: ſi Gothofredũ audimus. Quę ſingula in Perſonâ Neuburgici Palatini locũ hîc nullum inveniunt. (5.) Quod & ICtus quidam Auguſtanus in cõſilio, hâc ipſâ de quæſtione, Neuburgicis ſuppeditato, monuit.

d. lib. 5. in pr. § nono.

Hoc oſtendere conatur Gothofredus tot. lib. 5. de tot. Elect, vbi Reſolutionem Caſimirianam, olim Heidelbergæ datam, ex

Erroneum vero eſt idẽ Caſimiri factũ: 1. quia tũ temporis Bullæ Imperiales, inprimis verò Declaratio Sigismundi, circa hoc negotiũ, non fuit

ſatis diligenter expenſa & ponderata: ſed Iohan. Caſimirus, errore *Conſiliarii* præoccupatus, eſt aliquid paſſus humani: ſive, ut Gothofredus id pronũciat, *in leges civiles Solœciſmũ cõmiſit*: quod ei accidiſſe tãtò minùs mirũ: quia ipſe fuit *miles*: cui jura ignorare licuit. 2. Nec fuerũt Acta & Documẽta vetuſtatis in Archivo Electorali debitâ ſolicitudine tum perquiſita & perluſtrata: quod exinde anno 1592. factũ: 3. Speciatim vero palpabilis Error tũ admiſſus in eo: quòd Otto *P*alatinus pro Maximo natu Ludovici IV. Electoris Fratre ſit habitus. *Vbi autem eſt Error* (inquiunt *A*dverſarii) *ibi nõ eſt Veritas: & ubi non eſt veritas, ibi non eſt juſtitia: nec ullo jure id quiſquã dicere juſtum & Verum tenetur: quod planiſſimè Erroneum, Falſum, Nullum.*

professo. (irrito tamen auſu) oppugnat. d lib. 3. refut. 7.

Widerleg. s. und letzt. f. 126.

Ergo & poſterius verum eſt: &c.

RESP. ET REFVT.

L*eonhardus 1.* Bawhollz *quem nunc Adverſarii pro obſcuro & nullius fidei Scriptore cenſeri haberiq; cupiunt, quæ (1.) hac de literis conſignavit, non ex auditu alieno hauſit: ſed, cùm iſthæc ageretur, ipſemet Heidelbergæ praſtò fuit: (2.) & fuit hic Leonhardus, unà cũ Andrea Preſbytero, paucos ante annos, tantæ ibidẽ exiſtimationis Hiſtoricus: quem Marq. Freherus, Conſiliarius Electoralis*

Palatinus, ipſo Electore Friderico, cæteriſque Electoralibus Miniſtris conſciis, & conſentientibus, partim è Tabulariis Palatinis, partim privatis Freheri ſcriniis, deſumtum, ſuâ manu deſcripſerit: & collatione Exemplariũ integritati ſuæ reſtitutũ, & tùm primùm quàm integerrimè publici juris factum, Notiſque illuſtratum, & Præfatione ac Dedicatione exornatum (in quâ hunc ſuum laborem pluribus commendat Freherus) Sereniſſimo Maximiliano, Palatino, utriuſque Bavariæ Duci, anno 1602. obtulerit: eum, ſcilicet, Autorem: qui & ante CC. paulò minùs annos, Ludovico Palatino, Comiti Montainenſi, *referente ibidem Frehero,* fuit inſcriptus. *Si ergò falſus in aliquo reperiebatur Scriptor iſte Leonhardus: cur Freherus nõ annotavit ac monuit? cur nihilominùs è Tabulariis Palatinis deſumtum indiſcriminatim ait: quod, in tã illuſtri negotio, tantiq; momenti re, ibidem inveniri ejuſdem Collegæ nunc negant?*

II. Trithemio cum Leonhardo Preſbytero bellè convenit. Cùm enim Trithemius anno 1449. in rebus geſtis Friderici Palatini Victorioſi ſcripſiſſet: Moriturum Ludovicum Fratri ſuo Friderico Tutelam Philippi Filii commendâſſe: *idem, triennio pòſt, anno videlicet 1452. certiora edoctus, ibidem,*

idem, & in Chron. Sponheimenſi, narrationem iſtam correxit: Fridericum, *nempè*, Ludovici Fratrem *(non aliquâ Ludovici voluntate, de eâ enim nullum hîc ampliùs verbum, ſed)* conſenſu omnium Procerum & Comitum Curiæ Palatinatus, autoritate quoque & confirmatione Sedis Apoſtolicæ, Tutorem Philippi & Gubernatorem cõſtitutum, & aſſumtum fuiſſe, *affirmans. Cùmque antè, idem autor, de hoc Friderico Palatino, anno 1449. annotaſſet*: quòd Fratre mortuo, ſupervixerit annos viginti ſex: & nomen Tutoris non depoſuerit: nec Principatum, uti promiſerat, Philippo reſignaverit: ſed quamdiu vixit, officium Tutoris tenuerit: *poſtmodùm, anno 1452. re meliùs compertâ, ad veritatem & conſenſum aliorum Hiſtoricorum, qui* Philippum à Friderico Patruo adoptatum *tradũt, propiùs ſcripſit*: quòd Fridericus *P*alatinus, cum titulo Electorii Principatus, Imperii Romani Palatinum, & Principem Electorem, ſe & ſcripſerit, & geſſerit: in omnibus non Tutorem ſe nominans, vt erat, ſed Dominum. *Uvitekindus*, commendatum *quidẽ Friderico Philippum Filium à Patre Ludovico, tradit: eundem verò etiam* Tutorem *conſtitutum, nuſpiam ſcribit. A Nauclero autem,* (1.) *qui belli,*

inter Philippum Palatinum, & Comitem Uvirtenbergenſem, Udalricum, cauſam & occaſionem ſibi potiſſimùm deſcribendam ſumſit: quæ non ex Tutelâ, ſed ex Dote Viduæ, Ludovici Electoris, quam Udalricus uxorem duxerat, à Friderico Palatino detentâ, emerſit: ut ſimul omnem iſtius temporis hiſtoriam perſcriberet, quo jure poſtularemus? (2.) aut verum protinus non erit: quod Nauclerus ſcribere neglexit?

In Johannis Caſimiri Palatini exemplò, primò Diverſitatis & Diſſimilitudinis rationes ita examinant, & refutant Neuburgici.

I. *An non Tutela Caſimiriana oppugnata olim fuerit, & contradictorem invenerit: quivis haud difficulter intelligit ex eo: quòd (1.) jus Tutelæ,* ſoli *Johan. Caſimiro Palat. lege publicâ competens, occaſione & diſpoſitione Teſtamenti Fraterni, diſtractum, &* pluribus *tributum fuerit: (2.) ob quã etiam cauſam Johan. Caſimirus, totaque cum ipſo Aula Heidelbergica, adverſus adjunctionem illam Contutorum Teſtamentariam,* Bullis Cęſareis, *tãquam clypeo objecto, ſeſe acerrimè tutati ſunt.* (3.) *Quid nunc ergo dicendum: cùm non de Adjunctione, nec de particula juris Tutelaris ereptâ, ſed de totali & omnimodâ Proximioris & Senioris*

Ad-

Adgnati Excluſione, *agitur?*

II. *Quamvis Johan. Caſimirus Teſtamẽto Fraterno non fuerit à Tutela plané remotus: hoc tamẽ Tutelæ jus*, [*1.*] ſolâ Lege, *& non demum Teſtamento Fraterno, ſibi tribui intellexit: adeò, ut & ipſum Teſtamentum, quoad Contutelam invalidũ, & ne quidem ad ejus editionem ſe teneri, judicârit.* [2.] *Et verò, ſi ex Teſtamento* Fratris *ſe Tutorem agnoviſſet: non in hac ſolùm Teſtamenti parte, ſed in ipſa quoque* Contutorum Adjunctione, *ad ultimam Teſtatoris voluntatem, & arbitrium ſeſe adſtrinxiſſet.* (3.) *Hinc in omnibus ſcriptis, quibus tùm Heidelbergenſes jus Tutelæ, Proximo Adgnato unicè & propriè competens, aſſeruerunt, non niſi* Bullas Cæſareas, Leges Imperii publicas, & Pragmaticas Sanctiones, *detonant: & ad eaſdem, veluti ad Sacram quandam Anchoram, perpetuò confugiunt. Nec id immeritó: modò, eodem nunc jure & alios contra ſe uti, pari patientiâ & æquitate ſuſtinerent.*

III. *Nec ullius valoris eſt, tertia ex graduum Adgnationis inæqualitate petita differẽtia: ſiquidẽ* (1.) *per Bullas Cæſareas, nõ tãtũ* Senior Frater, *ſed, hoc deficiente, ulteriùs etiã* Proximior Adgnatus *Electoralis, ad Tutelã æquali jure vocãtur:* (*2.*) *aut Sereniſſi-*

Digitized by Google

reniſsimum Palatinum Neuburgicum, hoc temporis eſſe Seniorem & Proximiorē Pupillorum Electoralium Adgnatum, *& ſi ita caſus mortalitatis ferret, ipſorum, ſecundum Leges Imperii*, Proximũ & indubitatum cum ſuis Poſteris Succeſſorem, *negari poterit?*

IV. Quod de Poſſeſſione Caſimirianâ affertur: in eo (1.) *non tam ad Factum, quàm ad jus poſsidendi, reſpiciendum:* (2.) *&* malè conſulitur Publico Pacis bono: quod inæſtimabili Legum Imperii Fundamentalium jacturâ redimitur. (3.) *Abſit verò & longè abſit, iſtud Tragicum*: *Jus* eſt in armis: opprimit leges pudor: Quod civibus tenere ſe invitis ſciunt, Strictus tuetur enſis.

V. Jurisconſulti Auguſtani conſilium, à Neuburgicis nec viſum, nec auditum, nec petitum, inter reliquos Adverſariorum vel lapſus, vel luſus, & fictiones, connumeratur.

C*æterùm, quanta ſit illius Caſimiriani exempli cum præſenti negotio ſimilitudo & convenientia: & quàm nunc extremè contraria dicantur, & ſcribantur Heidelbergæ: atque ibidem, non ita multos ante annos, iisdem fermè Autoribus & Conſultoribus, dicta ſcriptaque fuerunt: vel ex ſola reſponſione, Legatis Brandenburgicis, Wirtembergicis, Haßia-*

& Haſſiacis 13. April. anno 1584 Heidelbergæ datâ, (Reſolutionem Caſimirianam *appellant) cuivis facillimè pateſcet : qui cum præſentis controverſiæ ſcopo & capitibus illam conferre non gravabitur.*

Nunc, ut Errores Caſimirianos porrò diſpiciamus: principiò Adverſariorum imperioſa licentia hîc notanda: qui, neſcio quas, hactenus in Scriptis ſuis tragœdias ſunt excitare ſoliti: cùm vel duriuſculo tacti verbo à Neuburgicis fuerunt. Nunc verò ipſimet, nec Vivis nec Mortuis, & neque Summis, neque Inferioribus, & ne propriis quidem Sociis, & Collegis, ſatis æqui & propitii : omnibus iis graviſſimam erroris, inſcitiæ, & negligentiæ dicam ſcribunt: quicunque eandem olim cum Joh. Caſimiro Palat. ſententiam amplexi ſunt: quam & hodiè Neuburgici amplectuntur.

Quo autem modo, non dicam probabitur, ſed ſaltem ſuſpicabimur, I. Johan. Caſimirum Palat. circa Bullarum Cæſarearum ſenſum olim errâſſe? (1.) *quarum verba, luce meridianâ clariora, is ſemper reſpexit* (:2.) *conſentientemq; habuit ipſum Imperatorem inveſtientem:* (3.) *nec non duos Imperii Electores, Saxonicum & Brandenburgenſem:* (4.) *& cum ipſis communem Juriſconſultorum opinionẽ:* (5.) *Statuumq; Imperii comprobationem: à quibus,*

Digitized by Google

utpotè Legum ſuarum minimé ignaris in Collegium Septemvirale, & ad Actus Electorales exercendos, admiſſus plané fuit. Quæ tàm illuſtria documenta, Johan. Caſimirum Palat. licet Militem, *omnis Erroris, & Ignorãtiæ Legũ Imperialiũ maculâ, & ſuſpicione liberant: & probationis onus in Adverſarios devolvunt:* (6.) *præſertim, quia Johan. Caſimirus, tanquã Imperii Princeps, ad Legũ Fundamentaliũ obſervantiam juramenti religione, tenebatur:* (7.) *nec in jure ſuo Tutelari aſſerẽdo, temerè unius, ſed* plurium *Proſapiâ & Eruditione præſtãtium virorum, (quos alibi enumeravimus: & quales fortè nec hodiè Aula Electoralis Palatina repudiaret) conſiliis uſus fuit.* (8.) *Tum neque aliàs Juris Ignorantia & Error, ſed potiùs Scientia, in Principe, & Juriſconſultis præſumitur.*

II. Non verior eſt negligentiæ accuſatio. Nihil enim (1.) *ſagacitatis, induſtriæ, & dexteritatis deſiderari jure poteſt in illis: qui tum, in Quæſtione de Contutelâ, ad jus Proximi Adgnati demonſtrandum, trium Principum Legatis* Aureæ Bullæ Authenticum, unà cum Declaratione Sigismũdeâ, *Germanicè & Latiné ſcriptâ, Heidelbergæ propoſuerunt.* (2.) *Nec facilè cernitur: quid hucuſque ad contrarii probationem, moderni Electorales miniſtri,*

ſtri,

Digitized by Google

ſtri, *ex* ſitu & ſqualore *(quem ipſi appellant) Actorum & Inſtrumentorum vetuſtorum, novi ac ſingularis protulerint.* Widerleg. f. 111.

III. *In Ottonis ætate errorem obrepſiſſe fatemur. At* [1.] *hic error* Facti *eſt, & Genealogicus: qui etiam prudẽtiſsimos quoſque fallere poteſt:* [.2.] *nec errorem juris Publici Bullarum inducit: quandoquidem jus, quod eſt, nõ ad* Facta, *ſed* Facta *ad jus trahi & accommodari, par eſt.*

SPECIALIS CAVSARVM
Allegatio: quibus Palatinus Neuburgicus ſe ſuſpectum & hujus Tutelæ & Adminiſtrationis incapacem reddidiſſe, imò eam repudiaſſe, à D. Bipontino, & Heidelbergenſibus arguitur: cum earundem Refutatione.

Si adverſus Palatinum Neuburgicum (pergunt Adverſarii) tot & tantæ cauſæ ſunt: quibus etiam Legis, ſeu juris Tutor, removeri & excludi à tutelâ poteſt, & debet: non fecit contra officiũ nuper defunctus Elector Palatinus, ultimâ ſuâ voluntate, ipſo præterito, alium tutorem conſtituens. Ad- Defenſ. 5. nec Electoral. f. 51. 5 verum. f. 61.

Adverſus Palatinum Neuburgicum ſunt tot & tantæ remotionis & excluſionis cauſæ.

Wiederleg. § Wart. f.18 Defenſ. f.58.59 60. Ablehnung. § der nachbarlichen. f. 76.& ſeqq Freher f.49. 50 51 Gothofr. lib 2. adſ.15.lib.3. ref.9 § fingamus. f 69 70 71 ref 27. lib.4. repl 14 f.45.& ſeq lib 6. re pl.6.§ ſecūdo repl 12.f. 156 repl 17. f.184.& ſeqq repl.34 f. 247. repl.38. 39.

Hanc enim tutelam 1.tàm enixè, & tantis cum minis, ambit & affectat: cùm potiùs ab hujuſmodi onere, ſi ipſi illud delatum fuiſſet, ſe excuſare debuiſſet: ne ſuſpectum ſe faceret: quaſi bona Pupilli ipſe uſurpare, & in ſe convertere: & ex Adminiſtratione ſibi potiùs, quàm Pupillis Minoribusque proſpicere in animo habeat: nā qui operam ſuam ingerit, ſuſpectus eſt. 2. bellis & ſumtibus ſupra vires ſuas implicatus, graviſſimas, imprimis cum Saxone & Brandenburgico, Electoribus, controverſias alit: quæ ſanguine creverunt & fortaſſe non niſi ſanguine dirimētur. 3. hactenus in Dominiis illis, quæ poſtremò defunctus Iuliacenſis Dux, ejusque Majores, ab Electoribus Palatinis jure Feudi tenuerunt, & quæ, ob deficientiam maſculorum, ad defunctū Electorem Palat. devoluta ſunt, in Comitatu, nempe, Novæ Aquilæ, Baronatu Mosbach, & aliis Dominiis, Regalibus, & Iuribus, Electorales Heredes iniquiſſimè turbare & ſpoliare pergit: nec ea, quæ 22. Ianuar. anno 1610. (ut nempe auxilia tùm impetraret) Halæ Suevorum promiſit, implevit. 4. quia durat adhuc diuturna

illa

illaControverſia, de Aucto Vectigali in Principatu Neuburgico: quo Subditi Electorales Palatini, & inprimis Ambergenſes, multis annis, contra expreſſā conventionē, premuntur: 5. quia hanc Tutelam, à defuncto Electore, æquiſſimis, & ad ſtatum Eccleſiaſticum & Politicum, Liberorumque Electoralium educationem & inſtitutionem, pertinentibus Conditionibus, prolixè oblatam, neglexit ac ſprevit: nec per biennium, licet multoties amicè & perbenignè monitus, permoveri ad conſentiendū potuit: ſed poſt multas tergiverſationes, tandem palàm jactare non dubitavit: ſibi, poſt obitum Electoris, in Palatinatu Electorali, planè liberrimam, abſolutā, plenam, & illimitatam Adminiſtrationem, tam Perſonæ, quàm Bonorum Pupilli, jure Proprio competere: nullumque Contutorem, nullum Modum, nullam Conditionem, ſe admiſſurum eſſe: hiſque omnibus adjecit Comminationes Pœnarum graviſſimas: amiſſionis Electoratus, Feudorumque Imperialium, & Privilegiorum, Rebellionis, Perjurii, Mulctæ pecuniariæ, Banni, &c. in quas Elector protinus ipſo Facto incidat: niſi Tutelam ſibi relinquat uſquequaque liberam & arbitrariam, &c.

Kurtz. Ber. f.1.2 3.9. Widerleg. f.16. Defenſ. §. quæ oblatio, f.39. Ableinung. §. das furs. f. 74 §. das man. f.79. Gothofr. in Præfat. & li. 1. f. 1.2 lib. 2. adſ 16.17.18. 19. lib. 3. reſ. 19. & 37. §. tertiò. & ſeqq. l. 4. reſ. 5 §. ſecundò. f 22, & 25. repl. 15. in f. lib. 6. repl. 18. §. duodecimò. f. 183 repl. 39. f. 264. & ſeqq.

Non fecit ergò contra officium nuper defunctus Elector Palatinus, ultimâ ſuâ voluntate, prę- terito Neuburgico Palatino, alium Tutorem conſtituens.

RESP. ET REFVT.

Quod I. de vitio πολυπραγμοσύνης, ambitionis & cupiditatis rerum alienarum, *Adverſarii hîc objiciunt: injuria longè eſt maxima & atrociſſima. Nam 1. juris proprii, ex pragmaticis Imperii Conſtitutionibus adquiſiti, & ab univerſo Imperio Publicâ Lege delati, à Neuburgico ſuſcepta juſtiſſima vindicatio: non eſt prohibita rei alienæ affectatio: 2. ſed ſi munus iſtud Tutelare ab alieno geri Lege denominatus Tutor conniveret: eo ipſo ſeſe de ignaviâ & negligentiâ ſuſpectum, & Tutelâ indignum redderet: 3. & pariter, Sibi, totiq; Poſteritati, omnibusque Familiis Electoralibus aliis, præjudicium ſummum attraheret: 4. ſciensq; ac prudens acerbiſſimis pœnis ſeſe involveret: quas Bullæ Cæſareæ Legum Imperii violatoribus interminantur: 5. ſeque ipſe quaſi ineptum, minimèque ſufficientem oſtenderet: cui Electoralis Tutela, & ab ea dependẽtia officia, ac Dignitates gerendæ, à Lege committi potue-*

potuerint: 6. cùm nec deſint exempla eorum : quos graviſſimas ſubire controverſias non piguit: ne à Lege ſibi tributum hoc Tutelæ decus, ignavâ ſimul & periculosâ vecordiâ, temerè dimitterent. 7. Denique ipſa Familia & Genus, &, DEI beneficio, ultra quadraginta annos, in Publicis Gubernationis curis, cum laude acta vita, & hinc cõparata rerum Politicarũ experientia haud pœnitẽda, nec non ex antehac geſtis Principum Tutelis, Actionibusq́; aliis, adquiſitum Fidei & Integritatis teſtimonium, adverſus leviſſimam temeritatis & cupiditatis *ſuſpicionem, defendere Palatinũ Neuburgicum poterunt. 8. Quin potiùs,* ut refractum lumen magis lædit imbecillos oculos: ita & maledicta hæc graviùs offendunt, ab ipſa veritate in maledicentem retorta. *Laudant igitur Adverſarii: cùm Palat. Neuburgicum Legum Publicarum conſtantem & tenacem Aſſertorem fatentur: deſperatæ cauſæ indicium præbent: cùm, quod jure & Rationibus debebant, Criminationibus ſe aſſequi poſſe ſperant: propriam turpitudinem detegunt: cùm medendi aliis artem profeſſi, ipſi ulceribus ſcatent.*

Et quid II. controverſia Iuliacenſis *ad negotium præſens ? An quia 1. Tutori ea lis cum Pupillis*

Electoralibus eſt? nullo modo: ſed cum aliis, nempe, Brandenburgico & Saxonico, Electoribus: 2. de quâ bona ſpes alluxit: eam propediem, Deo benè juvante, ſine cæde & ſanguine compoſitum iri. 3. Quotum verò quemque ad Tutelas gerendas idoneum reperias: ſi omnes ii, qui controverſias cum aliis, quàm Pupillo fortè habent, à Tutelis repellantur? 4. cùm in poſtulandis ſuſpectis Tutoribus ſeu Curatoribus, ne jure quidem Communi (quod aliàs unicum Adverſariorũ in hac Tutelari quæſtione aſylum) vires Patrimoniorum principaliter, ſed, an nihil ſegniter, nihil fraudulenter geratur, *perpendi oporteat. 5. Ipſe quoque Elector Fridericus, cum Principibus quibuſdam aliis, Palatini Neuburgici inſtitutum, in causâ Juliacenſi, adeò non improbavit: ut eundem etiam magis ad Conſtantiam & Perſeverantiam in Poſſeſſione omnibus nervis tuendâ, quaſi quibuſdam calcaribus, ſemper impulerit: ſimulque ope, auxilioque præclarè in hoc juverit.*

Quæ III. de Turbatione & Spolio, *in Ducatu Novæ Aquilæ, & Baronatu Moſbacenſi, & de* Promiſſis non ſervatis, *ſparguntur: tot ſunt injuriæ, quot verba. Nôrunt enim Adverſarii, & exactè nôrunt: hactenus non penes Palat. Neubur-*

burgicum, ſed penes ipſosmet ſtetiſſe, atque adhuc ſtare: quò minùs Conventio Hallenſis ſuum ſortiatur effectum & exitum. Nam cur deſideratam pactamque, & omni jure requiſitam, Poſſeſſionis in Feudis (*quorum reſtitutionem petunt*) apprehenſæ probationem, *ſine qua ad cauſæ Principalis deciſionem procedi & deveniri nequit, dudum non fecerunt: aut etiamnùm non faciunt? ſic tamẽ, ne hoc rerum Statu, deſideretur Curator, ad litem & agendum, legitimus. Extat in hanc ſententiam epiſtola D. Uvolfgangi Uvilhelmi, Comitis Palatini, Bavariæ, Juliæ, Cliviæ ac Montium Ducis, &c. ad Viduam Electoralem, Palatinam, 10. Maji, anno 1611. data: ex quâ ſimul id intelligitur:* quòd ſub ſpecie illorum jurium, quæ Principes Iuliacenſes ab Electoribus Palatinis Feudi nomine obtinent, ampliſſima quærantur & petantur Dominia alia: quæ ſemper propria & hereditaria fuerunt.

IV. Suſpicionis & excluſionis cauſa, quam Adverſarii à Vectigali aucto *decerpunt, uti ficta & picta, ita rurſus extremé injurioſa eſt. Nam* (1.) *Palatinus Neuburgicus conſtanter & fideliter ſemper curavit: ne, quod antehac pactione convenit, Subditi Electorales, cum bonis ſuis, iſto augmẽ-*

to vectigalis onerentur. (2.) *Falſum eſt, quod Adverſarii ſcriptitant*: Ambergã Civitatem aucto hoc vectigali imprimis preſſam. *Non hoc, inquã, deductum in controverſiam hucusq́ fuit: an Cives Ambergenſes aucto vectigali* præ aliis *onerentur: ſed numquid illi, ob prætenſa quædam Privilegia,* ab omni Vectigalium ſolutione, *in Ducatu Neuburgico, debeãt eſſe immunes & exẽti. Quod nec tẽpore Ottonis-Henrici Electoris, qui utrumq́ & Electoralẽ & Neuburgicum Palatinatũ conjunctim tenuit, illis conceſſum fuit: nec eâ juris poſſeſſione, in ſe juſtè derivatâ, Neuburgicus Palat. temerè cedere, æquũ putavit:* (3.) *nunquàm verò detrectavit, & necdũ refugit: (dummodò rurſus nõ deſit Curator ad litẽ & agendũ legitimus) quò minùs iſta Exemtionis Controverſia, vel ad præſcriptũ Cõpromiſſi, antehac facti, vel aliis modis æquis, componatur ac ſopiatur.* (4.) *Atq́ ob hujuſmodi leves diſſenſiones, quæ inter vicinos Principes, & Reſpublicas, etiam amiciſſimas, incidere nõ rarò ſolent, à Tutelæ munere quem, ut ſuſpectũ, fuiſſe remotũ: in Electorũ, & aliorũ Principũ Imperii, Familiis, hactenus caret exemplo.* (5.) *Quâ etiã Imperii Lege hæc Excluſionis cauſa, in Tutelis præſertim Electoralibus, expreſſa, approbataq́ extat?* (6.) *aut in ejusmodi arduis, ipſam immediatè Rempublicã concernentibus*

negotiis, quidvis fingendi ac ſtatuendi licentiã ſibi quiſq; ſumet impunè? (7.) *cùm ne jure quidẽ cõmuni, Veteri, Tutor ob litem, quam cũ Pupillo habet, excuſare ſe à Tutelâ poßit: niſi forté* de omnibus bonis, aut maximâ eorũ parte, *ſit controverſia*: (8.) *ex quo etiam Curatorũ ad Litẽ conſtitutio originem traxit, & frequentatur.* (9.) *Quẽ deniq; in universâ Palatinorum & Bavariæ Ducum Familiâ ad hanc Tutelam Electoralẽ aptũ invenias: ſi iſthæc Excluſionis cauſa ſufficiens & legitima ſit? nonnè, qui nũc Electoralẽ Tutorẽ ſe vẽditat, Illuſtrißimus Dux Bipontinus, eâdem opera ſemetipſe excluſerit?*

V. Pervenimus tandẽ ad decantatißimam illam Adverſariorum cantilenã: qua, toto penè terrarũ Orbe, omnium aures & animos occupare, & incãtare ſunt conati: cujus hæc ferè ſũt capita: 1. *Palatinum Neuburgicum*, tergiverſando, & procraſtinando, *ſubterfugiſſe de Tutelæ modo cũ vivo Electore tractationẽ & compoſitionem:* 2. *poſtulaſſe, neſcio quod, genus Adminiſtrationis ac Dominationis planè* liberum, abſolutũ, & indefinitũ: 3. *adeò, ut horrendis* minarum & Pœnarũ *denunciationibus adverſus Electorẽ ſævierit:* 4. *& tandẽ* omnes propoſitas Conditiones *rejecerit. Indigna utique res, ſi vera! Sed, age, videamus ordine ſingula.*

I. *Quid*

I. Quid ergò Neuburgicus Palatinus in ſe deſiderari paſſus eſt: quò minùs tractatio illa perficeretur? Nam (1.) cùm ejus rei gratiâ D. Elector. 9. Novembr. anno 1601. *ſuum Procancellarium ablegaſſet ad Neuburgicum: nonnè is hoc amicæ deliberationis & compoſitionis conſilium ſibi haudquaquam improbari*, 5. Decembr. ejusdem anni, *in ſuâ reſponſione oſtendit: & ut, miſſis utrinque Conſiliariis, de eadem re pleniùs ageretur, ſuum Electori aſſenſum dedit? (2.) nonnè ſuum exinde Cancellarium*, 13. Iunii anno 1602. *quemadmodum convenerat, in Monaſterium* Embsdorff, *in Superiori Palatinatu Electorali ſitum, pro negotii conditione ſufficienter inſtructum, ablegavit? (3.) Et poſtquam*, eodem anno, circa finem Iulii, *Legati Electorales Neuburgum denuò veniſſent: &* 1. Aug. P*alatino Neuburgico Capita nonnulla Obligationis, quæ eum, ſi poſt obitum Electoris Tutor eſſe velit, ante omnia in causâ* Religionis *promittere oporteat, propoſuiſſent: nonnè iterum atque iterum, quandam moderationem, & mitigationem in his fieri, contēdit: quod cùm fruſtrà faceret: tandem eò ſeſe adigi demonſtravit: ut in tanti ponderis negotio, & ipſe accuratiorē deliberationē inſtituat: & aliorū quoq; Amicorum judicia exquirat? (4.) atque eadem poſt*

30.

30. Aug. *D. quoque Electori per literas indicavit: & ſimul Aureæ Bullæ Caroli IV. & Declarationum Sigismundi, de annis 1414. & 1434. formas Authenticas, ex Archivo Electorali ad ſe mitti petiit: id quod & antè,* 5. Decembr. anno 1601. *apud Legatos Electoris fecerat.* (5.) *Quid interim & ad hæc Elector? Non tantùm per Legatos,* 4. Aug. anno 1602. *hanc rẽ ſibi adeò curæ, cordique eſſe, Neuburgico Palatino ſignificari juſſit: ut quamvis moram pro ſimplici recuſatione ducat:* (6.) *verùm etiam non exſpectatâ reſponſione aliâ, eodem adhuc menſe, & antequam Neuburgicus reſcriberet, novo quodã & inſolenti exemplo, ad juramenti Religionem Filiolis ſuis, tali ratione præſtandam, Subditos ſuos adegit:* ne, ſi ipſum Electorem mori, & Liberos Pupillaris ætatis relinquere fors contingeret: illi ullum Electoratus Adminiſtratorem admitterent aliter: quàm ad Teſtamentum & ultimam Electoris voluntatem per omnia ſequendam, is priùs ore & ſcripto ſeſe obligaſſet, & de hoc caviſſet: (7.) *et aliquoties petita, quæ diximus, Familiæ Palatinæ Communia Inſtrumẽta nõ miſit:* (8.) *ſed rurſus,* 3. Octobr. anno 1602. *datis ad Neuburgicum literis, certos ad ſe ablegari homines, non modò ad audiendum, ſed plenâ*

tranſigendi poteſtate inſtructos, voluit. (9.) *Quam novam per Legatos tractationem ſibi placere Neuburgicus Palatinus, poſtmodùm 29.* Octob. *& ſimul, ut mittere ſuos inſtructiores poſſit, ſe denuò orare, ad Electorem ſcripſit:* ne Caroli IV. & Sigismũdi Bullarum ſaltem Exemplum & copias, cum Authentico collatas, ſibi communicare, & his adjicere reliqua Obligationis Capita, gravetur: quæ, ut antea ex Legatis ipſius intellexerit, promittere Tutor Electoralis debeat: & de quibus ulterior tractatio futura ſit. (10.) *Verùm enimverò, & hæc æquiſſima Neuburgici petitio, in tàm gravi, & Conſcientiam, Legesq; Imperii Fundamẽtales concernente causâ, audita non fuit: licet* anno ſequenti 1603. *propterea apud Electoralem Procancellarium non ſemel fuerit interceſſum.*

Ex his, quæ, bonâ fide, ex Actis Publicis recenſuimus, judicium ferant nunc omnes: An Neuburgico Palatino, quem Lex Imperii Publica, tanquã certa & perpetua Tutelarum Electoralium norma, excuſare & revocare à tractando & tranſigendo potuiſſet, ulla mora & tergiverſatio adſcribi jure queat: annon verò Adverſarii hoc potiùs callidè egerint: ut, obtentu Conditionum *quarundam, quas Neuburgicum Palat. nunquam initu-*

rum

rum prænoverant, (de quibus paulò pòſt) omnem poſtea tractationis non perfectæ culpam à ſe removerent: quam ipſi, ſimul iniquiſſimâ ſuâ poſtulatione, & neceſſariorum documentorum, capitumq́; tractationis, denegatione admiſiſſent.

Porrò ſciendū: quamvis Negotii hujus Tutelaris, anno 1603. omnibus modis perſequēdi D. Palatino Neuburgico, nec induſtria, nec animus, defuerit: maluiſſe tamen eum, imò debuiſſe, S. Cæſ. Majeſtatis, *majorisq́; partis* Principū Electorū, *(nā ſola Brandēburgici reſponſio in negotio Principali deſideratur) ob ſequentes rationes diverſa ſuadentium cōſilia hìc ſequi: 1.* quòd Elector Fridericus rē ſit aggreſſus malam, ſibique minimè licitā: 2. omnibusq; tàm Eccleſiaſticis, quàm Secularibus Electoribus, in cōſervatione Aureæ Bullæ plurimū ſitū: 3. S. quoque Cæſaream Majeſtatem, ad petitionem ulteriorē Neuburgici Palat. in hoc negotio, ſuo officio non defuturā: 4. nec ipſo ignorante, & inaudito, de Teſtamēto Electoris quicquam decreturam: 5. atque, ut idem à ſuæ Majeſt. Conſiliariis fiat, curaturam: 6. Palatinum Neuburgicum rectè, & ex fide, antè quoq; cognitâ, egiſſe: quòd, hac in cauſa, Cæſ. Majeſtatem adierit: 7. iſthoc Electoris factum ad Aureæ Bullæ

Digitized by Google

Carolinæ, ejusque Declarationis Sigismundeę, certum modum & ordinem revocandum: 8. nec rationem ullam perſpici legitimam poſſe: cur de jure ſuo & impreſſis Majorum veſtigiis Palat. Neuburgicus cedere hîc debeat: 9. cùm non ita multos ante annos, in Familiâ Palatinâ, in caſu planè ſimili, idem fuerit obſervatum: 10. adeò verò hoc Neuburgici poſtulatum non poſſe vitio verti: ut potiùs omnem lapidem, tàm apud Cæſaream Majeſtatem, quàm Electores cęteros, moturi ſint: ut & Aurea Bulla Imperiique Cõſtitutiones aliæ ſuum robur, dignitatemque, & ſanum intellectum obtineant: & ne qua, adverſus illas, Palat. Neuburgico cum ſuis, injuria fiat. 11. D. Electoris inſtitutum, in præjudicium Aureæ Bullæ, & quód in hac fundatur, Collegii Electoralis, vergere: 12. & futuro Adminiſtratori Electorali, in deliberationibus Publicis, voti libertatem eripere: & alios Collegio Electorali ignotos ſubmittere, videri: 13. quâ ratione, hujus rei cura & exitus ad totum Collegium Electorum pertineat. 14. Proindè, quia Electoris obitus ſit incertus, & prorſus à divino dependeat arbitrio: largiatur Palat. Neuburgicus præſenti rerum Statui, aliàs ſatis periculoſo, acriorem hujus

jus negotii perſecutionem: temporique & occaſioni in hoc inſerviat: 15. quippè, quòd nullo fundamento ſubnixum, ipſâ morâ diſperiturum ſit. *Atque eòdem quoque aliorum Principum amiciſſimorum Conſilia & Sententiæ tum collineârunt: qui de hoc D. Electoris inſtituto ita judicârunt:* Adverſus pragmaticam Aureæ Bullæ & Declarationis Sigismundeæ ſanctionem nihil ſuſcipiendum eſſe: quandoquidem juri Publico privatorum Pactis derogari nequeat: aut ſi quid hujusmodi ſuſcipiatur: id nequaquam ſtabile, ſed, propter clauſulam derogatoriam Aureæ Bullæ annexam, prorſus irritum & per ſe nullum fore: neque conſultum videri: ut hoc tempore Palat. Neuburgicus cum D. Electore propterea Diſputationes & Proceſſum inſtituat, & Conſilii ſui rationes in apricum temeré proferat: ſed tantò ampliorem ſpem oſtendi negotii olim æquis modis & è re publicâ perficiendi: quantò nunc illud magis ſilentio tegatur & diſſimuletur.

II. Ejuſdem candoris eſt: quod de Tutelâ & Adminiſtratione prorſus tyrannicâ & incircũſcriptâ, *à Neuburgico Palat. expetitâ, Adverſarii cõminiſcuntur. At meminiſſe debebãt hi homines: (1.) quòd Palatinus Neuburgicus, in toto hoc negotio & tra-*

ctatu,& in omnibus ſuis Scriptis & Reſpõſionibus, Bullas Cæſareas, unicam Tutelaris Adminiſtrationis Regulam, ſemper agnoverit: nec ultra Legis conceſſionem quicquam ipſe appetierit: (2.) quòd multoties Tutelam hanc Electoralem ita ſe geſturum apertè promiſerit: uti & Principem, & de Familia Palatinâ Adgnatum, deceat: & Electoratus ac Pupillorum Salus, & ſecundum Devm, S. Rom. Cæſareæ Majeſtatis, Imperiique Voluntas, Decus, ac Neceſſitas, hoc requirat & flagitet: *(3.) quòdque* 3. & 4. Aug. anno 1602. *erga Legatos Electorales Scriptis & Verbis mentem ſuam & animum hoc pacto declaraverit*: ſe in Gubernationis directione, omniumque Ordinationum Electoratus conſervatione, & aliàs, omnia conſilio ſummi Aulæ Electoralis Præfecti, Cancellarii, & Conſiliariorũ Electoraliũ, vel etiã Procerũ & Ordinũ Provinciæ, acturũ: eamque moderationẽ ubiq; adhibiturũ: ne ulli hominũ, cõtra Conſcientiã, contraq; Libertatẽ Chriſtianã, aliqua creetur moleſtia. *Hoccine eſt* ἀνομίαν *quandam licentioſam quærere, & ſe legibus ſuperiorem ferre?*

III. Vnde autem colligemus Palat. Neuburgicum cùm de Tutela gerenda modo ageretur, minitabundum *Pœnas Bullarum Cæſarearum D. Electori objeciſſe? Certè in totâ Tractationis hiſtoriâ hujusmo-*

Digitized by Google

di nihil occurrit. Illud conſtat: Palatinum Neuburgicum, 30. Aug. & 29. Octob. anno 1602. *literis ad D. Electorem ſcriptis, periculi, & Pœnarum Cæſarearũ metu* ſeſe excuſâſſe: *quòminùs, tanto in negotio, non niſi Amicorum judiciis antè diligenter perquiſitis, certi aliquid cõſtituat. Non igitur Pœnarum interminatione Electorem accuſavit: ſed earundem recordatione ſeipſum excuſavit.*

IV. *Supereſt* Conditionũ *& conſequenter ipſius Tutelæ recuſatio & rejectio.*

Ad quod priusquàm reſpondeatur: operæ preciũ eſt: Conditionum & Legum Neuburgico Palat. propoſitarum ſumma capita breviter recenſere, quæ ſunt: 1. Tutor & Adminiſtrator eam, quã Elector profitetur, & nunc publicè in Electoratu exercetur, Religionẽ nullo modo impedito, aut mutato: nec ut impediatur aut mutetur, facito: 2. Conceſſiones Alterius Religionis addictis, in Ducatu Bavariæ, ab Electore quondam tributas, ne amplificato: 3. Liberos Electorales in Parẽtis ſui Religione liberè informari, educariq; ſinito: 3. nec eoſdẽ aut ipsũ etiã Electorem, ob hanc Religionis Confeſſionem, Pace Religionis pub-

publicâ excludito: 5. jus Directorii, in Cauſis Religionis, in Comitiis Imperii, ab Electore hactenus uſurpatum, etiam in poſterum ita omnibus modis retineto ac cuſtodito: 6. ejuſq; gerendi occaſione nemini, eâdem cum Electore Religionem amplexo, moleſtus eſto: nec, ut alii ſint, conniveto: ſed in hoc Contutorum & Senatus, quem Elector relicturus eſt, conſilio omnia agito: 7. ſuæ Religionis exercitio privato, in ſuo Conclavi, contentus eſto: nec eo Concionatore ipſe utitor: qui adverſus Electoris Religionem publicè antehac ſcripſerit: aut nunc etiam in ſuis Concionibus eandem reprehenſurus, dãnaturusvè ſit: 8. nec ſuis Theologis, aut etiam aliis, publicum Docendi munus uſpiam in Electoratu aliter permittito: quàm Leges & Ordinatio Eccleſiaſtica, hucuſque in Electoratu recepta & obſervata, hoc eis præcisè concedit: 9. in Cultu Diuino faciendo,
Viduæ,

Viduæ, Liberis, ac Miniſtris Electoralibus, nec locũ, nec tempus, nec ordinem ullum, pręſcribito: 10. denique ad ea omnia optimà fide præſtãda, Literis ac Sigillo ſuo, necnon jurisjurandi religione, unà cum ſupremo Aulæ Præfecto, Cancellario, & Conſiliariis Electoris, pollicetor.

Ad harum Legum Eccleſiaſticarum ſcopulos niſi tractatio illa primùm impegiſſet, & ſubſtitiſſet: omni dubio remoto, ad Leges de Statu Politico poſteà devẽtum fuiſſet: quas in congreſſu Embsdorffiano (de quo paullò antè) Conſiliar. Electoralis, Michael Lefenius, Cancellario Neuburgico, juſſu Electoris, tradidit, & ſic habent: 1. Quisquis legitimam Tutelã, Curam, & Adminiſtrationem Electoralẽ, cui & jus Succeſſionis, virtute Bullarum Cæſarearum, & Privilegiorũ CONNEXVM eſt, nactus fuerit: (caſus enim rerum humanarum varii ſunt & inopinati) is magnum Aulæ Præfectum, Cancellarium, & Cõſiliarios Electorales, eo in ſtatu & officio, citra impedimentum, permanere ſinito: in quo Elector de-

functus, aut quivis alius Elector, eos poſt ſe reliquerit: 2. abſq; horum, aut majoris ipſorũ partis voluntate & cõſenſu Tutor Legitimus nihil decernito, aut agito: 3. & ſi quẽ horum vitâ excedere cõtigerit: reliquorum, qui ſuperſunt, cõſilio alius in defuncti locũ ſurrogator: 4. Palatinatus Electoralis Ordinationes Eccleſiaſticæ, Politicæ, Cãcellariæ, Provinciales, & aliæ, ne mutãtor: 5. Tutor legitimus, unà cum magno Aulæ Præfecto, Cãcellario, & Conſiliariis Electoralibus, horum omnium obſervantiã vivo Electori juratò promittunto: 6 ſubditi Electorales, adhuc ſuperſtite Electore, ejus Primogenito, & in eventum Secundogenito, & ſic deinceps, fidelitatem, & ſubjectionem juranto: 7. Legitimus Tutor, non niſi conſilio magni Aulæ Præfecti, Cancellarii, & Conſiliariorum, lacunas vacantium Officiorum ſuppleto: 8. Succeſſorem legitimum priùs ad gubernationem Electoratus idem ne admittito: quám ad omnia ea, de quibus nunc conve-

vene-

venerit,ſervanda fidem ſuam jurejurando obſtrinxerit: 9. ætas legitima in Succeſſore octodecim annorum eſto: ſic tamen, ut exemplo ipſiusmet Electoris, decimum octavum annum attigiſſe ſufficiat: quantumvis Aurea Bulla eundem completum exigat: ne forté, ob paucorum menſium defectum, nunc novo Tutori & Adminiſtratori, & mox ipſi rurſus Succeſſori legitimo, homagium præſtare ſubditos, & tot fieri in gubernatione mutationes, neceſſe ſit: 10. deniq;, ſi ipſe Elector de Educatione ſuorū Liberorū in poſterū aliud nihil diſpoſuerit: ęquū & naturæ cōſentaneū eſt: ut apud Matrē illi ſint & remaneant: &, poſtquā ejus ætatis fuerint: ex Matris, & legitimi Tutoris, magniq; Aulæ Præfecti, Cancellarii & Cōſiliariorū, ſentētiâ, aliò ablegētur.

Hactenus Cōditiones: quæ planum faciunt id, quod paulò antè monuimus: causā recuſationis & à Tutelâ excluſionis Neuburgici Palatini, unicū fuiſſe Religionis *prætextū. Quâ enim I. ratione pientiſſimi Principis attentare conſcientiā illi acriùs potuiſſent: quàm nexis tàm periculoſis duriſſimarum legum ca-*

EXCVSATIONES ET DEFENſiones: *quibus Electoratus Palatini, à D. Bipontino & Heidelbergenſibus occupati, factum adſtruitur: cum earundem Refutatione.*

Adverſariorum ratiocinatio eſt talis:

Iuſtus ac Legitimus Poſſeſſor in ſuâ poſſeſſione eſt manutenendus.

D. Iohannes Palatinus Bipontinus, eſt Juſtus ac Legitimus in Electoratu Palatino Poſſeſſor.

1. Quia *Titulum* poſſidendi juſtum, ex Teſtamẽto per omnia ſolenni, & juſto, habet: 2. & vel hoc ipſo, quòd poſſidet, *bonâ fide*, & legitimè poſſidere præſumitur: 3. ac proindè juxta Diſpoſitionem Aureæ Bullæ, *tit.* 20. *Adminiſtratio & jurium Electoralium exercitium ad eum pertinet: qui Principatum ipſum poßidet*: 4. quia vivo adhuc Electori *juratò* promiſit: vel, uti Gothofredus exprimit, à defuncto Electore adjuratus & jurejurando adactus eſt: in ſe ſuſcipere hanc Tutelã & Adminiſtrationem: 5. quia omniũ in Electoratu Provincialium & Ordinum *conſenſu*, palàm & publicè, fidelitatis juramentum & homagiũ ei prçſtitum: &, (Gotho

Kurtz. Bericht. f. 4. 5. Widerleg. f. 5. 6. 121 & ſeqq Defenſ. f. 4. 6. 16. Ablenung. f 80. & ſeq. f 90. 91. 92. Gothofr. lib. 2. adſ. ult. lib 4 repl. 5. f. 31. 32. 33. repl. 15. f. 49. & ſeqq. lib 6. repl. 1. 2. 3. f. 110. repl. 4. & 8. f. 122. repl. 14 pertot.

fredo ſi credimus,) ubique obviã ei itum: & Portæ, velut cælitùs & divinitùs miſſo, ultrò adapertæ: nec nõ dona data: quo & nomine eum laudãdum, & inſuper gratias ei habendas, opinatur idẽ Gothofredus: quòd ſine Sudore & Sanguine, & abſque Stupore, Poſſeſſionẽ Electoralẽ ſit ingreſſus: & in eo nullũ temporis momentum abire fruſtrà, vel perire paſſus ſit: 6. quia paſſim, tam extra Imperium, quã in Imperio, à multis & Summi & Inferioris gradus Perſonis, *Tutor & Adminiſtrator Electoralis* ſalutatur: & ad Conſilia & Actus Electorales, non tantùm Imperatoris, ſed & Collegii Electoralis *decreto*, admittitur: 7. quia Camera Imperialis Spirenſis, adverſus eundem, *veluti Tutorẽ & Adminiſtratorem Electoralem*, Proceſſus decrevit: 8. quia Neuburgici eodem Poſſeſſionis genere, in Provinciis Iuliacenſibus, quo nũc Bipontinus Princeps in Electoratu, utuntur.

Widerleg. §. von denen. ſ. 110.

Defenſ. §. eumque ſ. 17. Gothofr. lib. 6. repl. 14. §. nec obſtat. ſ. 167.

Ergò Iohannes Palat. Bipont. in hac poſſeſſione Electoratus eſt manutenendus.

RESP. ET REFVT.

N*on ægrè ferent Adverſarii: ſi 1. ſuperiorum temporum actionibus edocti Neuburgici, circa* Titulum *Poſſeſſionis, qui in Teſtamento per omnia ſolenni*

lenni, & juſto fundari hîc jactitatur, aſſenſum ſuum ſuſtinent: donec prætenſum iſtud Teſtamentum, ab Adverſariis, in lucem proferatur & legitimè recognoſcatur. Et quod, quæſo, ſubſidiũ illi in iſthoc invenire Titulo poſſunt: & quomodo Teſtamentum, uti prædicatur, haberi pro juſto, & per omnia ſolenni *poteſt? cui reclamat jus Bullarũ Imperialium: in quibus* generali, & perpetuò duraturâ lege, *decernitur:* Quis, Quando, Quomodo, Quamdiu, Primogeniti Succeſſoris Electoralis, eſſe Tutor & Adminiſtrator debeat: nullâ Conditionis, & nullâ Teſtamentariæ Diſpoſitionis contrariæ, mẽtione & exceptione adjectâ vel minimâ: *cui cõtradicit Publica Cõſentientium vox: repugnant Pacta Familiæ Palatinæ: adverſatur conſtans Exemplorũ Uſus: de quibus ſingulatim in præcedentibus.*

II. Non præſumitur, nec eſſe poteſt, in Poſſidẽte Bona Fides: 1 *quando contra Legum Edicta poſſidet: 2. etiamſi juris Errore aliud opinetur: 3. qui tamen juris Error regulariter nõ præſumitur: 4. imprimis, cũ jura ſunt Notoria & clara: quæ certã interpretationẽ ſẽper habuerũt: 5. ipſam immediatè Rempubl. cõcernentia: 6. & jurejurãdo ſingulariter à Poſſidente olim cõprobata: 7. & Poſſidẽs eſt perſona* Publica: 8. *Juriſperitorum grege & conſiliis quotidiè ſtipata: 9. & de errore multoties maturè & fideliter admonita: 10. invictisq;*

demon-

demonſtrationibus erroris convicta. Quibus 11. *inſuper accedit: quòd invaſæ Poſſeßionis initiũ hic* clàm *ipſo die obitus Electoris, qui fuit dies Dominicus, cultui Divino Sacer, Heidelbergæ factum, parique celeritate & feſtinatione pòſt etiam alibi peractum*: 12. *nec Seniori & Proximiori Adgnato* (*cujus controverſiam Adverſarii timuerũt, vel ſaltem timere debuerunt*) *mors Electoris, mißis nunciis, antè indicata: quàm Electoratu jam propè omni occupato*: 13. *Et ne quidem à* violentia *& coactione temperatum: cùm nonnullis Electoratus Vrbibus Militum Præſidia impoſita*: 14. *& inter hæc etiam Militaris Manus, ex Unitorum Principum caſtris, quam communi ſumtu, ad publicam defenſionem, unà cum cæteris Principibus, Neuburgicus Palat. alebat, pleriſque ignorantibus, ſubducta, & in ejus perniciem ab Adverſariis uſurpata fuit*: 15. *& prætereà, ad terrendum & metu mortis cõtinendum Subditos, Furcæ & Patibula paßim erecta.*

III. Quapropter nec ejusmodi Poſſeſſorem Aurea Bulla Carolina tuetur: (1.) *quæ* tit. 20. *non ſimpliciter quemvis Electoratus invaſorem, ſed legitimum duntaxat & bonæ fidei Poſſeſſorem, ſimul jurium Electoralium capacem eſſe vult: quia de Poſſeßione* quietâ & liberâ *ſonat: qualem habere nullo modo poteſt: cui perpetuum malæ fidei teſtimonium Lex & conſcientia*

tia

Digitized by Google

tia perhibent:(2.)ut taceam, quòd, Gothofredo interprete, locus allegatus huc nihil faciat : cùm in tit. iſto 20. de Electoribus ipſis planè, non de aliis, agi*: & iterum*: Titulum iſtum, & quidem integrum, ad Electores ipſos pertinere, non ad alios, Tutelam Electoralem ambientes, *ſtatuit: ut nunc Adverſariis de alio Patrono ſuæ cauſæ diſpiciẽdum ſit: ne hac interpretatione arcem Poſſeſſionis, ſeu potiùs Invaſionis ſuæ, amittant:(3.)præſertim quia titulus Aureæ Bullæ Septimus, ſolum* Proximiorem & Seniorem Adgnatum, *ad Tutelam & Adminiſtrationẽ, & conſequenter etiam ad Poſſeſſionem Electoralem, ſpeciatim vocat.*

De tut. El. l. 3 refut 3. & 33.

IV. Nec Sacramenti religio *hìc excuſat: 1. quia juramentum non ſemper licitè ſervatur: cùm, videlicet, contra Legum prohibitionem factum, tribus Comitibus deſtituitur,* Veritate, Iudicio, & Iuſtitiâ: 2. *maximè verò in Singulorum poteſtate non eſt: quæ principaliter in Reipubl. utilitatem conſtituta ſunt, Privatis pactionibus evertere: 3. & recentius juramentum meritò cedit antiquiori, pro Legum Publicarum obſervantiâ, juſtè olim interpoſito.*

V. Uti nec Subditorũ voluntas *& recognitio Bonæ Fidei facit hunc Poſſeſſorem: 1. in quorum manu non eſt: ea, quæ ſunt Reipubl. propria, privato ſupponere arbitrio: 2. & ſeſe eximere ab ejus poteſtate & ob-*

Aa *edien-*

edientiâ: cui jure & Legibus ſubjiciuntur. 3. O deploratam Legum & Magiſtratus conditionem: ſi tantum ſibi licere velint Subditi!

VI. Cõgratulationes *quoq;* & Denominationes *aliorum & propriæ intruſiones in negotia aliena, Bonam Fidem non tribuunt: (1.) cùm nondum conſtet: an denominationes iſtæ, ex civilitate, & urbanitate, & complacentiæ causâ: (2.) & nunquid ex certa rei ſcientiâ, ſint profectæ: (3.) an etiam illi, quos Adverſarii dicunt, ſimul hac denominatione, & ad actus Electorales admiſſione, cauſæ principali aliquod afferre præjudicium voluerint: (4.) vel etiam valuerint: (5.)* cùm multa à Sapientibus tolerentur ad tempus: quæ ſubitam correctionem non admittunt. *(6.) Neq; Tutoris appellatio illicò Tutorem facit: (7.) jure præſertim Tertii alicujus intercedente: (8.) qui ſe Tutorem & Adminiſtratorem Electoralem ex Lege Publicâ aſſerit: (9.) & hoc nomine honorifico ab Exteris & Patriotis, Summis Imis, inſignitur. (10.) Quem præterea Actum Electoralem, à ſe exercitum, proferre Adverſarii poterunt: adverſus quem Neuburgicus Palatinus, publicè Proteſtando, aut eundẽ Confirmando, ſibi jus ſuũ nõ reſervârit integrum? (11.) imò, quem Bullæ Cæſareæ aliter valere juſſerint? (12.) cùm nec aliàs Facta Singulorum adverſus Legum Publicarum decreta, citra Univer-*

ſorum

Digitized by Google

ſorum conſenſum , ullum robur obtinere noſcantur. (13.) *Hinc D. Rudolphus II. Imp. p. m.* 30. Iulii, 13. Aug. & 16. Septembr. anno 1611. *& Collegium Electorale* 17. Octobr. ejusdem anni, *in ſuis Decretis & Reſponſis, Palatino Neuburgico, & Bipontino, datis, ita ſeſe expreſſè declarant, & ſeriò proteſtantur*: Quòd non, niſi propter præſentem Imperii Statum & neceſſitatem, Bipontinum ad conſilia & Actus Electorales admittant: nec cujuſque juri, aut Bullæ Caroli IV. Aureæ Sanctionibus, per hoc quicquam ullo modo detractum, charæque Poſteritati præjudicatũ, velint. *Et Rudolphus utique Imp. non tantùm in Conditionibus, quibus Imperiũ ſuſcepit, promiſit*: quòd, causâ inauditâ, quippiam Aureæ Bullæ contrarium, nullo modo reſcribere & jubere velit: aut, ſi quid ejusmodi fiat: id protinus eo ipſo planè irritum & pro nõ facto cenſeri haberique, & tali caſu ipſe, ad Teſtimoniales à Litigantibus petitas dandas, obligatus eſſe, debeat: *verùm etiam* 27. Ianuar. & 3. Febr. anno 1603. *in hac ipsâ Tutelari causâ reſcripſit*: Electoris factum (*de quo D. Palat. Neuburgicus*: 5. Novembr. 1602. *ejus Majeſtatem, & poſtmodùm Electores ipſos certiores reddiderat, & conſuluerat,*) rem eſſe malã: nec adverſus Bullam Auream Caroli IV. Electoribus conceſſam ullam Diſpoſitionem. *Quæ ſententia*

eodemtempore etiam potioris partis Electorum fuit: uti ſupra, in Refutationibus Cauſarum Excluſionis, aliquantò fuſiùs annotatum. (14.) *Et ſanè, juxta Cõſtitutiones Imperiales, in ejusmodi Publicâ, arduâ, ſummariâ, & privilegiatâ causâ, fieri non debet, aut poteſt, ulla Poſſeſſorii judicii à Petitorio ſeparatio:* (15) *maximè, quia præſens controverſia, non in facti, ſed in* juris quæſtione *conſiſtit: cujus explicationem non Judex à Litigantibus, ſed hi à judice exſpectare & accipere debent: unde Interdicta, quæ Officii & juris tuendi gratiâ dantur, Proprietatis ſaltem,* non Poſſeſſionis, *cauſam habere dicuntur.* (16.) *Et verò ſi Poſſeſſoriũ à Petitorio hoc loco ſejungeretur: irreparabilis damni occaſio in Imperio exiſteret: quod Legum & D D. autoritas non patitur:* vid. Ordinat. Cameræ, tit. 23. part. 2. *Nam & Collegii Electorum deliberationes, ſuffragia, actiones, dubiæ judiciorum aleæ ſubjicerentur: & ante judicii eventum Pupillus Electoralis à Bullis Cæſareis præſcriptum annorum numerum compleret: ſic, ut Sententia poſtmodùm mandari executioni non poſſet: totumq́ negotium redderetur planè eluſorium.* (17.) *De Cauſis quoque Honorum & Munerum in Republ. Romanâ, inter quas Tutelæ Electoralis Dignitas, & Officium meritò refertur, extraordinariè & ſummatim cognoſcendum:* (18.) *ſiquidẽ Tutoris nomen, cujus ſolius*

ſolius prætextu D. Bipontinus Electoralem Palatinatum arripuit, ad Poſſeſsionis ſtabilimentum referri nō poteſt: quamdiu de hac ipſa Præjudiciali quæſtione, An, ſcilicet, D. Bipontinus ſit Tutor, nec ne, *adhuc ambigitur: & Dominii vel juris exceptio ex Lege* P*ublicâ opponitur: (19.) & ita opponitur: ut Reus paratus ſit: in continenti, ex ipſis Legis Publicæ verbis apertiſsimis, probare Dominium & jus, ſecundū illud:* hodiè conſtat, hodiè agatur. *(20.) Sed neq; is, cui Regula juris Publici, conſentientibus DD. vocibus, adſiſtit, ad Petitoris onus compellendus: nec ei judicis impertiendum officium: cui prægnans* juris Præſumtio *adverſatur: (21) in his præſertim: quæ jure Primogenituræ devolvuntur: in quibus Poſſeſsio in Proximum Succeſſorē ipſo jure transfertur: licet ab alio illa apprehenſa fuerit: (22.) ne in* S. Rom. *Imperio, plus poſſe audacia & violentia, quàm Legum Publicarū Sanctitas & autoritas, videatur. Quod pluribus etiā rationibus ſolidé & graviter, ut alia omnia, demonſtrat, in tractatu ſuo, de hac ipsâ Controverſiâ nuper Lavingæ excuſo, cap. 8. præſtantiſsimus JCtus D.* Iohānes Zeſchlinus, *Conſiliar. & Cancellarius Palat. Neuburgicus, Aulæq; Cæſareæ Comes magnificus, Affinis, Compater & fautor meus honorandus: ubi, ſi placet, vide.*

VII. Sed nec Proceſſus Cameræ Imperialis Malam

hujus Poſſeſſoris Fidem corrigunt: 1. quòd ad horum petendorum neceßitatem Vicinos adigere, non ſit difficile: 2. & huic itidem, à Bipontino Palat. affectatæ, Tutoris Electoralis appellationi, Palatinus Neuburgicus, in Publico Cameræ judicio, ſemper contradixerit, & adhùc contradicat enixißimè: 3. Cameraq; Imperialis de hac controverſiâ ſibi judicium non ſumſerit: 4. quin potiùs Citationem, & Proceſſus ex L. Diffamari &c. *adverſus Palatinum Neuburgicum, à Bipontino & Heidelbergenſibus, ob hanc ipſam Tutelarem Controverſiam, 22.* Ianuar. anno *1611. petitos, denegarit.*

VIII. Poſſeßio verò Juliacenſis, cum hac Electoratus invaſione, quid, quæſo, commune habet? Nam ut ex multis hoc ſaltem attingamus, (quod inſtar omnium eſſe poterit,) poſſeßio (1.) *Juliacenſis, opt. max. titulis, Divini & Humani Juris, Dominii, Hereditatis, Sanguinis, Primogenituræ, Pacti, & Providentiæ Majorum, Dotalium Inſtrumentorum, Privilegiorum, Unionis, & Succeßionis, omnem extraneorum vim prohibentium, habentium vim ſententiæ, & tribuentium poteſtatem, propriâ autoritate ingrediendi Poſſeßionem, nititur:* (2.) *ejusq; acquiſito atq; adeptio, non clàm, aut vi & armis, ſed palàm, & absq; tumultu, bonâ fide, facta:* (3.) *& cùm Principatu jam omni occupato, in Caſtro Juliacenſi vis inferretur: ad ejus recu-*

recuperationem, & poſſeßionis defenſionẽ & cõfirmationem, omniũ Principum Unitorum, nec non maximorum Regum & Rerumpublicarum voluntates, unanimiter conſenſerunt: ipſe quoq; Elector Fridericus ſocia arma cum aliis conjunxit: quo nomine ut eidem (etiam citra exprobratorias Adverſariorũ commonitiones) Sereniſsimus Palatinus Neuburgicus gratitudinis nunc vicem, in Liberorum Impuberum Tuitione & Adminiſtratione ſibi Legibus delatâ, ſummâ fide reponat: nullis neque ſumtibus, neque labori, parcit. Gothofr. lib. 4. repl. 14. f. 45.

Viderint ergo: quibus cum Pupillis Electoralibus hoc tempore res eſt: quo Tutore autore negotia ſua tractent: & viderit ſimul ipſe illuſtriſsimus D. Bipontinus, cum ſuis Heidelbergẽſibus: quid mox Univerſo Imperio reſpõſuri ſint: ut Feudi Imperialis, Dignitatisque, & Officii Publici, vi & autoritate propriâ invaſi, Legumque Fundamentalium violatarum, pœnas à ſeſe amoliantur & effugiant.

FINIS.

Errata typographica inſi-gniora:

F*ol.22.lin*.8.*lege* ſtatuimus:*fol.23. lin. 2. præfige numerũ*3.*f.*25. *l.*3.*lege* repudiatur.*f.29.l.9.leg*.proximioris.*f.40.l.16.leg*.ſervaturi.*f.48.l.*12.*leg*. conſ. 41. n.11.*f.52.l.ult.leg*.quoddam.*f. 60. l. 22.leg*.Ienenſi.*f.67.l.20.leg*.Principatum.*f.85.l.3.& f.95.l.1. leg*. Iuſtinianéi.*f.105.l.10.leg*.Electoralia.*& l.ult. leg*. contraria.*f.114.l.5.leg*.interpretetur.*f.115. l. 20. dele* ſuorum.*f.116.l.12.leg*.judicum.*f.117.poſt dictionem* aliud *claude parentheſin.f.121.l.21.leg*.negant *f.138.l.14. leg*. acerrimum.*f.151.l.21.leg*.hac de re.*f.152. l.13.leg*.Mortainenſi.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A 48.
Digitized by Google

XVIII
D 28

Digitized by Google